

DIDASCALIA

ET

CONSTITUTIONES APOSTOLORUM

EDIDIT

FRANCISCUS XAVERIUS FUNK .

VOLUMEN I



PADERBORNAE

IN LIBRARIA FERDINANDI SCHOENINGH

MDCCCXCV



MAR 25 1935
7725

PRAEFATIO.

Cum ante duo fere decennia cognoscerem, Sebastianum Drey, quamvis optime de Constitutionibus apostolorum elucidandis meritum, de earum origine et tempore minus recte sensisse, et tractatum de opere componere coepissem, qui sub titulo *Die Apostolischen Konstitutionen* anno 1891 in lucem prodiit, ante omnia Didascaliam apostolorum, fons librorum I—VI Constitutionum, accuratius mihi perspicienda erat. Paulus de Lagarde hunc librum, syriace nobis traditum, sane graece restituerat. At versio primi capituli germanica, quam Dr. Zenker Ioanni Guilelmo Bickell communicavit et hic in sua *Historia iuris ecclesiastici* I (1843), 148—150 publicavit, illam versionem non fidelem esse mihi ostendit. Scientiam libri ergo certiolem consequi studebam, et Albertus Socin, collega et amicus, Didascaliam syriacam benignissime mihi interpretabatur. Cum autem cum huius versione Lagardianam conferrem, Paulum de Lagarde partem libri fere duodecimam neglexisse animadverti. Itaque librum ipsum et quidem latine versum edere decrevi. Cumque maior libri pars in Constitutionibus apostolorum graece tradatur, has illi addendas esse censui et textum iam publicatum repeti posse putavi. Editiones vero duas novissimas, Lagardianam et Pitrianam, accuratius inspiciens, brevi neutram sufficere cognovi. Quam ob rem textum Constitutionum denuo recensere aggressus sum ac codices, quotquot mihi innotuerunt, excussi, Vindobonenses, Parisinos et Petroburgensem Tubingae, alios, qui mihi non mittebantur, Romae, Mediolani, Hierosolymis, Constantinopoli; paucos alii benignissime mihi contulerunt vel inspexerunt. Cum codices multi et in regionibus remotis asservati adhibendi essent, multo tempore opus erat. Anno 1895 opus meum quidem iam consummatum esse

videbatur, at nondum publicandum erat. Eodem anno versio Didascalia latina vetus inventa atque anno 1900 demum edita fuit. Brevi post de editione Didascaliae syriacae codicibus hucusque incognitis paranda certiores facti sumus. Quae subsidia cum neglegere nollem, alii, quorum nomina in Prolegomenis invenies, Didascaliam transferentes in sermonem tritum vel recentiorem, scilicet gallicum, anglicum, germanicum, me praeveniebant. Attamen versionem meam latinam multis exoptatam fore speraverim.

Cum liber VIII Constitutionum abbreviatus ac paululum mutatus tradatur, etiam hic textus edendus eique ceterae scripturae, quas volumen huius operis alterum complectitur, addendae esse mihi videbantur.

Superest, ut Bibliothecis, quae codices suos mihi miserunt aut facultatem eos inspiciendi dederunt, atque viris doctis, qui de codicibus, ad quos mihi aditus non patebat, me instruxerunt vel alio modo adiuverunt, gratias agam maximas.

TUBINGAE mense Septembri MDCCCCV.

F. X. FUNK.

BQ
1250
L3
1905

PROLEGOMENA.

A.

DIDACHE APOSTOLORUM.

Constitutiones apostolorum e pluribus scripturis veteribus compilatae sunt, e quibus duae ad nos pervenerunt, Didache apostolorum, fons partis prioris libri VII, et Didascalia apostolorum, in qua libri I—VI nituntur. Illa codice a Leone quodam notario a. 1056 scripto et olim Constantinopoli in Bibliotheca monasterii patriarchalis Hierosolymitani, nunc Hierosolymis asservato traditur et anno 1883 exeunte a Philotheo Bryennio, metropolita Nicomediensi, in lucem edita fuit in libro: *Διδαχὴ τῶν δώδεκα ἀποστόλων*. Cum documentum maximae antiquitatis sit, mox ubique fere terrarum, ubi litterae christianae vigent, ab aliis emissa atque illustrata fuit. Equidem eam typis impressi in libro: *Doctrina duodecim apostolorum, Canones apostolorum ecclesiastici ac reliquae doctrinae de duabus viis expositiones* 1887, eodem anno in volumine I meae *Patrum apostolicorum* editionis inserui, anno 1901 in editione II *Patrum apostolicorum* eam textu emendato iterum recepi. Scriptura cum toties vulgata fuerit et omnibus praesto sit, in hoc opere non edenda est. Attamen cum fons sit libri VII Constitutionum, huic textus saltem subiungendus esse videtur, ut magis appareat, quomodo Constitutor eam transformaverit. Praeterea consentaneum est, veterum testimonia eam spectantia colligere, quoniam non solum pars Constitutionum est, sed olim saepius etiam cum his confundebatur. Quae cum ita sint, etiam in Prolegomenis pauca de ea monuerim, et quidem primo loco vel priusquam de Didascalia ago, cum haec quidem in Constitutionibus ordinem priorem obtineat, illa autem hanc aetate longe superet.

Scripturam antiquissimam esse hodie nemo est qui neget. Neque vero de eius aetate atque origine omnes plane consentiunt.

Plurimi eam ad saeculum I exiens referunt, nonnulli ad saeculum II medium. Alii totum libellum Christiano attribuunt; alii, persuasum sibi habentes, particulam 1, 3—2, 1, quae pauca verba evangelica continet, in plerisque scripturis autem ab eo dependentibus deest, a posteriore interpolata esse, censuerunt, priorem partem vel catechesin c. 1—6 a Iudaeo fere annis 100 a.—50 p. Chr. ad erudiendos proselytos exaratam fuisse, alteram partem seu librum ritualement deinde a Christiano confectam et ab auctore huius partis ipso aut ab alio cum illa coniunctam esse. Revera quaeritur, num illa particula genuina sit. Omittunt eam praesertim Barnabae epistula c. 19, Canones apostolorum ecclesiastici vel libellus, quem Germani *Apostolische Kirchenordnung* nuncupare solent, versio scripturae latina vel potius versio partis prioris seu descriptionis duarum viarum, quae sola ad nos pervenit, fortasse etiam sola a Latinis recepta fuit. Altera ex parte non solum auctor Constitutionum particulam legit, sed etiam auctor Didascaliae et Hermas eam cognitam habuisse videntur. Utut autem haec res se habet, etiamsi particula illa auctori abiudicanda sit, pars ipsa vel descriptio duarum viarum ea est, quae originem potius christianam quam iudaicam prodat.

Scripturae mentionem expressam faciunt Eusebius, Athanasius, Ps.-Cyprianus De aleatoribus, alii, quos in Testimoniis collegi. Notitiam eius produnt etiam plures, de quibus dixi in editione mea p. VIII—XXIII et in Patribus apostolicis 1901 t. I p. VI—IX. Ibidem invenies editiones scripturae atque disputationes de ea institutas creberrimas.

Hoc loco etiam fragmenti scripturae amplioris mentio facienda est, quod Testimoniis iam impressis in notitiam meam venit; volumen enim huius operis secundum ante primum prelo submissum est. In versione epitomes libri VIII Constitutionum apostolorum aethiopica, quam G. Horner in libro: *The Statutes of the Apostles or Canones ecclesiastici*, a. 1904 publicavit, post partem primam seu tractatum de charismatibus tres particulae aliarum scripturarum insertae sunt, sc. 1. Act. 15, 29 seu decretum apostolorum Christianos e gentilibus spectans; 2. Didache XI, 3—XIII; VIII, 1—2^a (. . . εὐαγγέλιον); 3. Didascalia II, 57.

B.

DIDASCALIA APOSTOLORUM.

Testes Didascaliae apostolorum,¹ e qua sex libri Constitutionum apostolorum priores prodierunt, pauci sunt. Primo libri mentionem Epiphanius facit. Appellat eum quidem Diataxin vel Diataxes apostolorum, unde recentiores plerique eum Constitutiones apostolorum respexisse collegerunt. Quae autem e libro profert, ea non tam huius scripturae sunt, sed similis cuiusdam antiquioris, ut iam Petavius² et Usher³ perspexerunt, vel Didascaliae, ut hoc libro vulgato nunc constat. Epiphanius non solum plures scripturae locos allegat, sed etiam H. 70, 10 refert, Audianos eum laudasse, ut suam paschae celebrationem vel Quartodecimanismum probarent. Neque potest non commemorare, librum multis dubiae fidei esse; ipse autem eum approbat dicitque, eum omnia complecti, quae ad ecclesiae disciplinam attinent, nec quidquam aut in fide ac catholica professione depravatum aut ecclesiae administrationi ac decretis contrarium continere (ibid.). Secundus testis est Pseudo-Clemens, qui e scriptura sex libros Constitutionum apostolorum priores formavit, tertius Pseudo-Chrysostomus vel auctor Operis imperfecti in Matthaeum, qui scripturam sub nomine libri canonum vel canonum apostolorum laudat. Medio aevo Bar-Hebraeus eam legit. Accedunt denique praeter versiones et codices eas tradentes duo testes plane incerti, quorum in Testimoniis mentio facta est, atque is, cui fragmentum aethiopicum supra p. II laudatum debemus.

P. de Lagarde a. 1857 librum Audianis adiudicandum esse dixit,⁴ minime vero sententiam probavit. Prima libri vestigia sane, ut iam vidimus, in illa secta apparent. Inde autem non sequitur, librum ab Audianis compositum fuisse, cum nihil in eo reperiatur, quod proprie sectae sit. Kattenbusch⁵ cum perspicere sibi

¹ Cf. ad hanc sectionem quae de Didascalia disputavi in libro meo *Die Apostolischen Konstitutionen* 1891 p. 28—75; 86—92.

² Not. X ad Epiphan. Haer. 70.

³ Polycarpi et Ignatii epistolae 1644 c. 6—16.

⁴ Cf. Nestle in *Zeitschrift für die neutestam. Wissenschaft* 1902 p. 166.

⁵ *Das Apostolische Symbol* 1894 p. 394.

videretur, clausulam Didascaliae vel potius Constitutiones apostolorum VI, 30, quas solas respexit, ad symbolum referri posse, quod in libro VII, 41 legimus quodque Luciani martyris († 312) esse putat, scripturam huic attribuere ausus est. At ut de multis aliis taceam, non animadvertit, clausulam (c. 30) libri sexti Constitutionum minime totam auctoris Didascaliae, sed magna ex parte interpolatoris esse. Holzhey Didascaliam paulatim e Didache pluribus viris hunc libellum transformantibus exortam¹ atque tres auctores discernendos esse censuit.² Didascaliam enim cum scripturis Dionysii Alexandrini comparans invenire sibi visus est, hunc patrem iam librum legisse, tum ipsum aut unum ex discipulis suis eum transformasse, brevi post Iudaeo-Christianum denique librum in eam formam redegisse, in qua latine et syriace versus ad nos pervenit. Equidem non video, Dionysium librum cognitum habuisse; neque in libro duos vel tres auctores discernere possum. Scriptura potius uni auctori adiudicanda est, neque pars extrema vel caput versionis syriacae ultimum excipiendum esse videtur, quod Nau,³ cum pars prior clausula terminetur et plura iam antea exposita repetantur, a posteriore additum esse opinatur. Nam clausula illa non ea est, quae partem sequentem excludat; liber non ita compositus est, ut de ordine sententiarum severius iudicemus; denique partem illam extremam non solum duae versiones veteres, syriaca et latina habent, sed etiam Constitutiones apostolorum testantur. Kohler⁴ nuperrime scripturam iudaicam fontem similiter Didascaliae esse putavit ac Didaches, minime vero probavit.

Harnack⁵ Novatianos in libro impugnari censens hunc annis 260—302 attribuit. Mihi⁶ ea, quae de hierarchia et de haeresibus exponuntur, olim partem saeculi III priorem prodere videbantur.

¹ *Die Abhängigkeit der syrischen Didaskalia von der Didache: Comptes rendus du quatrième Congrès scientifique international des Catholiques 1898 I, 249—77.*

² *Theologisch-praktische Monatschrift 1901 p. 515—23.*

³ *La Didascalie 1902 p. 166.*

⁴ *The Jewish Encyclopedia IV (1903), 587—94.*

⁵ *Die Lehre der zwölf Apostel nebst Untersuchungen zur älteren Geschichte der Kirchenverfassung und des Kirchenrechts (Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur II, 1—2) 1884 p. 242 n. 3.*

⁶ *Die Apostolischen Konstitutionen 1891 p. 50—54.*

Harnack¹ quoque postea idem de tempore scripturae iudicavit. Modo ea, quae de mansuetudine erga peccatores paenitentes gerenda in ea leguntur, a posteriore interpolata esse censuit. Hanc sententiam vero non probavit, et interea etiam interpres vetus latinus contra eam testimonium perhibuit. Altera ex parte quaestionem retractans ego² cognovi, argumenta, quibus olim nisus sum, minus valida et scripturam ad alteram saeculi III partem potius quam ad priorem referendam esse. Idem Achelis³ iudicavit. Harnack⁴ etiam nunc duos auctores discernendos esse putat, alterum saeculi III parte priore librum componentem, alterum parte posteriore eum paulum mutantem et fortasse etiam augmentem. Mihi argumenta allata non idonea esse videntur. Harnack ipse in universum scripturam certe unam esse agnoscit.

Cum scriptura opus apostolorum omnium commune esse praetendat et apostoli insuper dicant, Hierosolymis congregatos se ad repellendas haereses et ad fideles confirmandos Didascaliam confecisse, apparet, eam in illa urbe conscriptam esse velle. Quod dicens auctor quidem fide non est dignus. Attamen non prorsus nos fefellit. Eum in Palaestina vel Syria vixisse, et testes et ea, quae de Iudaismo et Gnosticismo exponuntur, demonstrant. Achelis⁵ scripturam in Coelesyria exortam esse censet.

Inter auctores recentiores Didascaliae notitiam primam proderi videtur Abrahamus Ecchellensis, in parte priore libri, qui inscribitur Euty chius patriarcha Alexandrinus vindicatus (1661), nonnullos locos ex ea communicans (p. 15, 156—161). Librum deinde I. Guilelmus Bickell⁶ in tomo primo Historiae iuris ecclesiastici (1843) accuratius descripsit et plures locos publicavit, quos ei Zenker in linguam germanicam verterat. Totam scripturam denique Lagarde⁷ a. 1854 syriace edidit. Idem eam graece restituere conatus est et Didascaliam puriorem, quo nomine librum

¹ *Die Quellen der sogenannten Apostolischen Kirchenordnung (Texte und Untersuchungen II, 5)* 1886 p. 76.

² *Revue d'Histoire ecclésiastique II* (1901), 798—809.

³ Achelis et Flemming, *Die syrische Didascalia* 1904 p. 366—77.

⁴ *Geschichte der altchristlichen Literatur II, II* (1904), 488—501.

⁵ L. c. p. 354—66.

⁶ *Geschichte des Kirchenrechts* 1843 I, 148—159.

⁷ *Didascalia apostolorum syriace* 1854.

insignivit, a. 1854 typis expressit in volumine secundo *Analectorum Antenicaenorum*, quae Chr. C. I. Bunsen¹ edidit.

Textus Didascaliae graecus deperditus est. Maiorem autem partem auctor Constitutionum apostolorum scripturam in usum suum vertens servavit, scilicet ea, quae in hac editione non linea subiecta notantur. Scriptura ipsa nonnisi versionibus traditur, versione syriaca, quae tota ad nos pervenit, latina, cuius duodeviginti fragmenta exstant, tertiam fere partem continentia.

Versionis syriacae sex codices noti sunt. Maximae auctoritatis est liber Sangermanensis vel Parisinus, saeculo VIII vel IX ab Abrahamo diacono scriptus. Fuit olim Florentiae; per Magnum ducem Toscanae autem Eusebio Renaudot donatus est; deinde venit in Bibliothecam monasterii Parisini S. Germani; nunc asservatur in Bibliotheca Gallorum nationali insignitus numero 62, quondam signatus 38. Est collectio amplissima canonum et scripturarum ad ecclesiae disciplinam constitutionem cultum pertinentia. Primum locum vel folia 1—89 Didascalia obtinet; sequuntur Octateuchus Clementis syriacus vel potius particulae huius operis, canones conciliorum veterum ac nonnullae aliae scripturae similes. Lagarde e codice Didascaliam publicavit, Zotenberg² eum accuratius descripsit, false autem scripturas Didascaliam sequentes quatuor excerpta e libris I—VII Constitutionum apostolorum esse dixit. Revera illae scripturae, ut iam dixi, excerpta ex Octateucho Clementis syriaci sunt, cuius libri octo haec continent: I—II Testamentum Domini nostri, quod nuperrime integrum in lucem prodiit;³ III Canones ecclesiasticos sanctorum apostolorum vel libellum, qui apud Germanos *Apostolische Kirchenordnung* appellatur; IV—VIII particulas libri octavi Constitutionum apostolorum, sc. IV c. 1—2; V c. 3—5, 8; 16—26; VI c. 27—28; 30—31; 32, 11—12; 33—34; 42—46; 32, 1—10; VII c. 29; 6—9; VIII c. 47 vel Canones apostolorum.⁴

¹ *Analecta antenicaena* 1854 II, 225—338.

² *Catalogues des manuscrits syriaques et sabéens de la Bibliothèque nationale* 1874 p. 22—29.

³ Testamentum Domini nostri Iesu Christi nunc primum edidit I. E. Rahmani 1899.

⁴ Cf. Rahmani l. c. p. X sq. Funk, *Das Testament unseres Herrn* 1901 p. 7 sq. *Oriens christianus* I (1901), 120—122.

Secundum codicem veterem, exaratum a. 1036, I. Rendel Harris nuper in Mesopotamia detexit, et apographum libri accuratum, quod sibi comparavit, Margareta Dunlop Gibson¹ edidit addiditque versionem anglicam. Codex multis lacunis laborat; praeter singula verba et particulas minores deficit initium vel inscriptio et I, 1, 1; II, 5, 5—6, 1; II, 49, 3—53; III, 19; V, 6, 7—9; 14, 3—16, 8. Capita VI et VII non solum aliter ac Parisinus disponit vel terminat, sed in hac sectione etiam ordinem sententiarum turbat. Denique plura a scriptura aliena exhibet, scilicet initio prologum et post caput IV versionis vel post librum I Constitutionum apostolorum particulas Testamenti Domini nostri de ordinibus agentes, Canones ecclesiasticos s. apostolorum, Constitutiones apost. VIII, 34, 1, Canones Addaei apostoli 27, Canones apostolorum et patrum (de matrimonio agentes) 20.

I. R. Harris etiam alium codicem in Mesopotamia invenit, eiusque lectiones varias Gibson editioni suae addidit. Liber nonnisi fragmentum Didascaliae exhibet; maiore ex parte particulas ab hac scriptura alienas tradit, etiam duas, quae neque in altero codice Mesopotamico neque in libro Parisino leguntur.

Quartus codex in Museo Borgiano (*Elenco sep. V*) vel in Bibliotheca Collegii Urbani de propaganda fide Romae asservatur. Assemani in Bibliotheca Orientali III, I, 14 not. 2 iam eius mentionem fecit. O. Braun librum nuper invenit, postquam diu latuit; Nau² eum paucis verbis descripsit, Gibson lectiones variantes notabiles communicavit. Continet codex fere eadem, quae liber Parisinus; Octateuchum Clementis autem integrum tradit, non solum aliquot fragmenta, imprimis Testamentum Domini nostri, quod libros I—II operis efficit. Nau, qui textum libri cum editione Lagardiana accurate contulit, codices Parisinum et Borgianum ex eodem archetypo fluxisse, illum autem meliorem esse iudicat. Idem sentit Gibson, quae lectiones a suo textu et a codice Parisino divergentes exscripsit.

Codex Bibliothecae Universitatis Cantabrigiensis 2023, saec. XIII, collectionem canonum continens, fol. 169—204 excerpta et Didascaliam exhibet, quae ad maiorem scripturae partem, capita

¹ Horae Semiticae I. The Didascalia apostolorum in Syriac 1903.

² *La Didascalie* 1902 p. 161.

I—XX versionis syriacae, pertinent. Lectiones variantes Gibson et sub textu (inde a capite XI exeunte) et in appendice editionis suae communicavit.

Sextus codex est Vaticanus latinus 5403, fol. 1—72 Didascaliae textum syriacum et inter lineas appositam versionem latinam exhibens. Quo tempore haec versio confecta sit, nota fol. 1 indicat: „Sedulitate atque iussu Reverendissimi Domini Francisci nuncupati Penia Auditoris Rotae peritissimi e syriaco in latinum sermonem translata est haec didascalica Anno Dominicae Reparationis millesimo quinquagesimo nonagesimo sexto.“ Haud dubie eodem tempore etiam textus syriacus scriptus est, et e codice Borgiano vel potius e codice Parisino defluxisse videtur. Aliquot loci insignes, quos I. Guidi me rogante benignissime inspexit, cum hoc codice vel editione Lagardiana consentiunt. Librum, cuius notitiam Petro Batiffol debeo, accuratius hucusque nemo contulisse videtur. Nuperrime A. Baumstark de codice eiusque possessore egit in ephemeride, quae inscribitur *Oriens christianus*, t. III (1903), 211—214.

Versio latina traditur codice palimpsesto LV Bibliothecae capitularis Veronensis, qui insuper fragmenta duarum scripturarum similium exhibet, sc. Canonum ecclesiasticorum s. apostolorum (c. 18, 5—c. 30) et Constitutionis ecclesiae Aegyptiacae, quo nomine altera scriptura vulgo appellatur. E. Hauler,¹ qui codicem maxima cum diligentia eruit eiusque textum edidit, eum saeculo VI ineunte scriptum et versionem saeculo IV exeunte confectam esse censet. Cum Constitutio ecclesiae Aegyptiacae, cuius pars prior simillima est Constitutionibus apostolorum VIII, 4—31, non fons huius libri esse, sed potius ab eo dependere mihi videatur, equidem non possum non dubitare, num versio ad illam aetatem referenda sit. Nunc autem de quaestione non est disputandum, quia adhuc plures textus edendi sunt, ut de ratione inter illas ac nonnullas alias scripturas intercedente iudicium certius ferre possimus.

Lagarde, ut iam dixi, scripturam graece restituere conatus est. Opus autem, quod paravit, haud paucis et parvis vitiis laborat.

¹ Didascaliae apostolorum fragmenta Veronensia latina 1900. Iam antea de codice pretioso disputavit in tractatu: *Eine lateinische Palimpsestübersetzung der Didascalica apostolorum*, qui et in litteris classis philosophico-historicae Caesariae Academiae Vindobonensis vol. CXXXIV et separatus 1896 apparuit.

Multos versionis syriacae locos omisit, qui sine dubio ab auctore Didascaliae scripti sunt; textui interpolato vel Constitutionibus apostolorum nimiam fidem habuit. Cum in Reliquiis iuris eccles. ant. gr. 1856 p. IV expresse dicat, Didascaliam apostolorum syriace versam nullis posterioris aetatis ampullis distentam esse se confidere, eo minus comprehendi potest, cur partem textus syriaci fere duodecimam suppresserit.

Revera non est quod dubitamus, scripturam versione syriaca in universum saltem integram nobis traditam esse. Syrus manifeste id egit, ut exemplar graecum fideliter interpretaretur. Modo verba non anxie transtulit. Saepius pro uno verbo duo posuit vel vocabulum synonymum inseruit (ex. gr. I, 1, 2 ἀπέχεσθε = fugite et abstinete; 1, 3 δόξα = gloria et honor; 2, 2 ὑπομείνατε = longanimes estote et patientes; 2, 4 πράσσοιτες = servemus et faciamus; 3, 2 εἰς τὸ ἀγρευθῆναι = ut videat et concupiscat; 3, 6 εὐμορφος = pulcher et venustus; 6, 8 γινώσκειν = ut discernas et cognoscas; 6, 10 πεφορτισμένοι = onerati oneribus magnis; 7, 11 παραιτούμενοι = amoveatis ac reiciatis; 8, 2 τὸν παντοκράτορα = Dominum nostrum omnipotentem; 8, 19 καταφρονεῖ = negligit ac relaxat animam suam; 10, 1 περίκοπον = amputa et abstine) et sententiam brevem repetiit vel amplificavit. Hoc modo autem interpretans librum non adulteravit; immo potius nihil sectatus fuisse videtur, nisi ut exemplar graecum quam optime sermone suo redderet. Non desunt sane alia additamenta. In exordio scripturae versio syriaca Iesum appellat magnum Deum, et in doxologia I, 8, 2 Deo patri et filio adiungit spiritum sanctum. Illa verba cum neque in Constitutionibus apostolorum neque in versione latina legantur, certe spuria sunt et a Monophysita ea inserta fuisse coniecerim; alter quoque locus, qui in versione latina non est servatus, corruptus esse videtur. Sed quaerere licet, num additamenta interpretis sint an non potius librarii alicuius, et utut haec res se habet, vitia certe non magni ponderis sunt. Quamquam autem versio syriaca Didascaliam satis fideliter tradat, textus graecus, praesertim in eis partibus, quas auctor Constitutionum apostolorum praetermisit vel mutavit, aegre restitui potest. Itaque optimum mihi visum est, textum syriacum quam accuratissime latine vertere. Quo in munere amicus meus Albertus Socin († 1899) benignissime me adiuvit. Librum syriacum secundum

editionem Lagardianam mihi interpretatus est, et ego eum in linguam latinam redegei.

Priusquam haec versio prelo subici poterat, tres aliae appa-
ruerunt. F. Nau¹ scripturam secundum textum Lagardianum in
sermonem gallicum, Margareta Dunlop Gibson² secundum
codicem Mesopotamicum priorem in linguam anglicam transtulit,
haec vero non totam scripturam, sed capite versionis syriacae
ultimo (= Constit. apost. VI, 19—30) omisso, quod ei ex ratione
supra commemorata non genuinum esse videbatur; I. Flemming³
codicibus Parisino Mesopotamico Cantabrigiensi industrie excussis
vel eorum lectionibus diligenter examinatis versionem germanicam
instituit, cui I. Achelis dissertationes de origine Didascaliae, de
disciplina ecclesiastica ex ea elucescente et de Novo Testamento
auctoris addidit. Quibus cum versionibus, praesertim tertia, quae
ceteris multo praestat, equidem meam vel Socinianam contuli
eamque collega meo Seybold consulto paucis locis correxi.

Textus versionis syriacae (S) fidelissime codice Parisino tra-
ditur, in quo versio nostra nititur. Rarissime tantum codices
Mesopotamicus (Sm) et Cantabrigiensis (Sc) ei praestant, et ubi
eorum lectio recepta fuit vel alicuius momenti est, de eis in notis
rationem reddo, codicem Parisinum his locis accuratius Sp de-
signans, cum alias eum etiam littera S sola denotet. Lectiones
illorum duorum codicum creberrimae certe falsae vel valde dubiae,
de quibus lectorem ad editionem Gibsonianam vel versionem
Flemmingianam remitto, mihi praetermittendae esse videbantur.

Neque vero versionem textus syriaci totam exhibeo. Cum
nuperrime versio Didascaliae latina vetus in lucem prodierit, quae
exemplar graecum quam maxime ad verbum vertens etiam fidelior
est syriaca, eam repeto, in quantum nobis conservata est. Textum
autem codicis Veronensis vel editionis Haulerianae non immutatum
reddo, mihi proponens, non tam versionem illam quam versionem
Didascaliae ipsius edere, in quantum fieri potest. Itaque non solum

¹ *La Didascalie c'est-à-dire L'Enseignement catholique des douze apôtres et des saints disciples de notre Sauveur traduite du syriaque pour la première fois 1902. Extrait du Canoniste contemporain.*

² *Horae Semiticae II. The Didascalia apostolorum in English 1903.*

³ *Die syrische Didascalia übersetzt und erklärt von Hans Achelis und Joh. Flemming 1904 (Texte und Untersuchungen etc. XXV, 2; series nova X, 2).*

emendationes recipio, quas Corssen et Wendland¹ instituerunt, quatenus eas approbo, sed etiam versionem syriacam et textum Constitutionum apostolorum respiciens ipse textum latinum veterem corrigo, ubi lacunis vel aliis vitiis laborat, formis sermonis vulgaribus, quibus interpres vel librarius usus est, formas rectas substituo vel ubi commode fieri potest litteras superfluas uncinis includo, nonnullis locis sermonem textum graecum nimis redolentem castigo, ubique orthographiam vulgatam sequor. Quae versioni veteri addita sunt, uncinis < > signantur; quae in ea delenda sunt, uncinis [] includuntur. Ubi haec signa ad lectorem erudiendum non suffecerint, ratio textus emendati redditur in notis, in quibus etiam lectiones versionis syriacae notabiles exscribuntur.

Fragmenta versionis latinae veteris nobis conservata secundum partitionem meae editionis has particulas amplectuntur: I, 1—3, 2; 5, 2—7, 17; 8, 18—II, 2, 4; II, 6, 17—12, 1; 14, 9—15, 3; 18, 11—20, 2; 20, 9—22, 8; 22, 14—24, 4; 26, 1—28, 4; 34, 2—35, 1; 57, 10—59, 3; III, 6, 4—8, 4; 15, 4—IV, 5, 2; V, 7, 6—27; VI, 7, 2—12, 1; 12, 15—19, 8; 22, 3—23, 5; 24, 12—30, 8.

In textu duas versiones ita distinguo ut particulas in versione latina vetere deficientes vel syriace tantum traditas signis * * * * denotem, in margine superiore insuper litteris S vel L indicem, uter textus reddatur, syriacus vel latinus.

Versio syriaca, ut confestim accuratius exponam, Didascaliam in capita digestam tradit. Nemo autem non videt, partitionem, quam exhibet, non auctoris esse, sed interpretis vel alicuius librarii. Auctor ipse scripturam non in partes disposuisse videtur. Versio latina saltem omni partitione caret. Auctor Constitutionum apostolorum vero e Didascalia sex libros effecit, cumque ambas scripturas simul atque alteram iuxta alteram positam edam, eodem modo etiam Didascalia mihi dividenda esse videtur. Praeterea

¹ *Berliner philologische Wochenschrift* 1900 No. 39—40. Tres emendationes Hauler, ut mihi per litteras communicavit, codicem relegens confirmatas invenit, sc. II, 10, 2: effecti : esse et, VI, 23, 5: vincula autem : is incultam cum, VI, 29, 4: sectari : et cari. Legit II, 18, 13 requiescent, ut iam edidit, non: et quiescent. Moneo, nomen virorum illorum de versione castiganda optime meritorum non omnibus emendationibus, sed insignioribus tantum adscriptum esse.

hanc scripturam, in quantum fieri potest, aequae ac illam in capita et versus dispono, ut lector facile videat, quae partes sibi respondeant. Ordo sententiarum, si pauca membra brevissima exceperis, in utraque scriptura ubique idem est. Caput de adolescentibus educandis solum diversum locum obtinet. Didascalia vel versio syriaca particulam in capite XXII exhibet, Constitutiones apostolorum IV, 11, cum secundum ordinem illius scripturae in fine libri V exspectanda sit; versio latina utrimque deficit. Ratio huius editionis poscebat, ut particulae in utraque scriptura idem locus attribueretur, et quamquam Didascaliam in hac re magna fide dignam esse non nego, ordo Constitutionum mihi praeferendus erat.

Partitio versionis syriacae cum a scriptura ipsa aliena sit, non est retinenda. Attamen hoc loco pauca de ea disserenda sunt. Capita in codice P[arisino] XXVI sunt. Codex M[esopotamicus] caput XXIII in duo dissecans capita XXVII habet. Ambitus partium in utroque libro idem est, nisi quod capita XXIII et XXIV codicis M capiti XXIII codicis P respondent, et exceptis capitibus VI et VII, ubi in M ordo turbatus est. Lemmata capitum in M longiora sunt quam in P, exceptis capitibus I—III vel potius II—III, cum exordium capitibus I in M desit. Praeterea plura capita in particulas breviores dividuntur, quae inscriptionibus ornatae sunt, numeris autem carent. Secundum codicem P capita et lemmata haec sunt:

I. De lege simplici et naturali. = I, 1—2 secundum meam partitionem vel Constitutiones apostolorum.

II. Praecipit (sc. hoc caput) omni viro, ut uxori suae soli placeat, neque se ornet et laqueus fiat feminis, neque amet otium, utque operam navet libris vitae atque abstineat libris gentium et vinculis deuterosis, neque in balneis lavetur cum feminis neque se ipsum dedat dolo feminarum meretricum. = I, 3—7.

III. Doctrina feminis proposita, ut viris suis tantum placeant eosque honorent, sollerter et prudenter ac diligenter curam domuum suarum agentes, neque laventur cum viris, neque se ornent fiantque causa, ut viri irretiantur ipsaeque eos capiant, sintque pudicae et quietae neque cum viris suis rixentur. = I, 8—10.

IV. Docet, qualis esse debeat, qui in episcopatum eligitur, et quales eius mores esse debeant. = II, 1—c. 6, 11.

V. Doctrina de iudicio. = II, 6, 12—c. 11.

VI. De inique agentibus et paenitentiam facientibus. = II, 12—18, 1.

VII. Ad episcopos. = II, 18, 2—c. 24, 4^a.

VIII. Exhortationes ad episcopos, quomodo se gerere debeant. = II, 24, 4^b—25.

- IX. Exhortatio ad populum, ut episcopum honorent. = II, 26--37, 3.
 X. De falsis fratribus. = II, 37, 4--43.
 XI. Exhortatio ad episcopos et diaconos. = II, 44--56.
 XII. Ad episcopos, ut mites sint. = II, 57--58.
 XIII. Instructio populi, ut assidui sint se congregantes in ecclesia. = II, 59--63.
 XIV. De tempore constituendi viduas. = III, 1--4.
 XV. Quomodo viduas decet conversari. = III, 5--11 (15).¹
 XVI. De institutione diaconorum et diaconissarum. = III, 12--13 (16--19).
 XVII. De orphanis parvulis educandis. = IV, 1--4.
 XVIII. Quod non decet accipere munera eleemosynarum ab eis, qui sunt reprehensibiles. = IV, 5--10.
 XIX. Quod decet consulere eis, qui propter nomen Christi martyres affiguntur. = V, 1--6.
 XX. De resurrectione mortuorum. = V, 7--9.
 XXI. De pascha et resurrectione Christi salvatoris nostri. = V, 10--20.
 XXII. Adulescentes decet doceri artificia. = IV, 11.
 XXIII. De haeresibus et schismatibus. = VI, 1--10.
 XXIV. De constitutione ecclesiae. Refert iterum apostolos congregatos fuisse ad officula corrigenda. = VI, 11--c. 13, 1^a.
 XXV. Refert iterum apostolos ad ecclesias se convertisse easque stabilivisse. = VI, 13, 1^b--c. 14 (18).
 XXVI. De vinculis deuteroseos Dei. = VI, 15--23 (19--30).

Supra codicem M scripturae prologum praemittere dixi. Eadem particula praefixa est Didascaliae arabicae et Didascaliae aethiopicae, unde in sermones latinum, anglicum et germanicum translata iam saepius edebatur,² atque ad illas scripturas convenit, quippe quae non Didascaliam nostram seu puram exhibeant, sed interpolatam seu libros I--VI Constitutionum apostolorum, quibuscum nomen Clementis in ea occurrens coniunctum est, cum Didascalia pura hoc nomen nusquam prae se ferat. Quae cum ita sint, prologus de ordinibus ecclesiasticis praeterea uberius et distinctius agat, quam secundum hanc scripturam exspectare licet, eum non ad Didascaliam pertinere vix est dubium. Cum autem particula nunc in recensione syriaca exstet, hoc saltem loco communicanda esse

¹ Numerus⁴ uncinis inclusus denotat caput Constitutionum, quae in hac sectione et in libro VI plura capita in Didascalia prorsus deficientia habent.

² In libro *Die Apostolischen Konstitutionen* 1891 versiones p. 216 commemoravi et recensioni aethiopicam p. 208 et arabicam p. 217 in linguam germanicam translata edidi. Recensio arabica una cum reliquis particulis Didascaliae arabicae additiis etiam in volumine huius operis altero p. 120--121 latine versa exstat.

videtur. Versionem latinam, quam ex versione anglica a Margareta Gibson parata institui, E. Nestle collato textu syriaco benignissime correxit. Particula haec est:

In nomine patris omnipotentis et verbi aeterni et unici filii et spiritus sancti, unius veri Dei. Incipimus scribere librum Didascaliae, ut sancti apostoli Domini nostri nobis ordinaverunt de praefectis sanctae ecclesiae, et canones et leges, ut constituerunt in ea.

Nos igitur, duodecim apostoli unici filii, verbi sempiterni Dei, Domini et Dei et salvatoris nostri Iesu Christi, congregati unanimes Hierosolymis in urbe magni regis, et nobiscum frater noster Paulus apostolus gentium et Iacobus episcopus urbis supra memoratae, instituimus hanc Didascaliam, in qua continentur confessio et fides, et nominavimus omnes ordines instar ordinum caelestium, et eodem modo iterum ordines sanctae ecclesiae. Et confitemur, ut unusquisque stet et confiteatur et credat, sicut ei a Deo dispensatum est, hoc est episcopus ut pastor, presbyteri ut doctores, diaconi ut ministri, subdiaconi ut adiutores, anagnostae ut lectores, cantores ut psalmistae intellegentes et constantes, atque reliqui laicorum sint auditores verborum evangelii in disciplinam. Et postquam perfecimus ac confirmavimus hos canones, eos constituimus in ecclesia. Et nunc scripsimus hunc alterum librum doctrinae, qui illuminet omnem terram habitabilem, eumque misimus per manus Clementis socii nostri. Et hoc est, quod audiatis, o Christiani Nazareni, qui estis sub sole, et discatis diligenter et accurate. Et qui audit et observat haec praecepta in hac Didascalia scripta, habebit vitam sempiternam atque magnam fiduciam ante sedem iudicalem Domini nostri Iesu Christi filii Dei, qui nos docuit de magno mysterio, quod est ipsi. Et qui contentiosus est neque observat ea, eicietur quasi adversarius et rixator, ut scriptum est: mala facientes ibunt in tormentum sempiternum, et bona facientes vitam sempiternam hereditabunt in regno caelorum (Matth. 25, 46).

C.

CONSTITUTIONES APOSTOLORUM.

I.

Constitutiones apostolorum olim plerisque iam Epiphanius c. a. 375 cognitatas habuisse videbatur. Qui cum revera Didascaliam legisset, primus illius operis testis est Ps.-Ignatius, qui a multis quidem ad idem fere tempus refertur, profecto autem, nisi omnia fallunt, c. a. 400 scripsit. Non solum sententias plurimas cum Constitutionibus communes habet, sed Trallianos 7, 3 adhortans, ut episcopum venerentur tanquam Christum, sicut apostoli constituerint, satis clare ad eas provocat. Deinde collectores canonum opus testantur, Canones apostolorum, qui Constitutionum finem faciunt, recipientes, sc. Dionysius Exiguus, qui c. a. 500 collectionem instituit, primum locum Canonibus apostolorum L prioribus a se in linguam latinam versis attribuens, Ioannes Scholasticus, qui c. a. 560 collectionem confecit atque in ea Canones apostolorum inseruit omnes, numero LXXXV. Titulus operis primo prodit in Capitibus Actuum apostolorum, quae sub nomine Euthalii circumferuntur. Testis eius certus est Aristocritus theosophus saeculo V exeunte. Maximus Confessor saeculo VII etiam partitionem operis indicat, lectorem ad librum VII revocans. Anno 692 denique synodus Trullana c. 2 de scriptura iudicium fert, Canones quidem apostolorum LXXXV ad animarum medelam et perturbationum curationem tanquam firmos stabilesque recipiens, Constitutiones vero quasi iam olim ab haereticis ad ecclesiae perniciem adulteratas reiciens.

Quamquam Constitutiones a synodo illa reprobatae sunt, tamen nec tempore futuro a Graecis neglegebantur. Synodus eas ab haereticis quidem dicens foedatas esse, ab apostolis vero originem ducere, ipsa eas magni aestimandi causa fuit. Revera opus etiam a posteris tanquam scriptura apostolorum saepius laudabatur.

Brevi post synodum Trullanam Anastasius Sinaita vel auctor Quaestionum et responsionum ad probandas suas sententias plures locos ex opere descripsit. Ioannes quoque Damascenus in epistula, quam Cometae scripsit de ieiuniis, Constitutiones respexit ac testimoniis, quae epistulae adiecit, locum e libro depromptum inseruit; Canones apostolorum etiam inter S. Scripturas enumerat.

Saeculo XI cum Michael Cerularius Latinis bellum inferret, Constitutiones a Graecis tanquam propugnaculum orthodoxiae proferebantur. Nicetas Pectoratus ex eis probat, neque in eucharistia azyma adhibenda neque sabbato ieiunandum neque matrimonium presbyteris interdicendum esse. Georgius Cedrenus non multo post duos Constitutionum locos tanquam a divino verbo editos laudat. Ceteroquin iudicium synodi Trullanae respiciendum erat, imprimis collectoribus atque interpretibus canonum, Zonarae, Alexio Aristeno, Theodoro Balsamoni etc. Propriam sententiam medio aevo nonnisi Photius pronuntiavit. Opus quidem non plane probat. Ex tribus capitibus enim Constitutiones ei reprehensioni obnoxiae esse videntur, primum ex mala fictione, deinde quod contra Deuteronomium criminationes quasdam adducant, denique quod Arianismum sapiant. Neque tamen in iudicio severo stat. Addit enim librum a vitiis illis absolvi posse, a tertio utique aegre. Cf. Testimonia.

Inter Graecos etiam saeculo XIX non defuerunt, qui synodum Trullanam sequentes non solum Canones apostolorum ab his profectos esse censuerunt, sed etiam Constitutiones. In libro *Περὶ τῶν τριῶν ἱερατικῶν τῆς ἐκκλησίας βαθμῶν* p. 232—250 (Naupliae 1835) Constantinus authenticam operis acerrime defendit. Similiter Agapius et Nicodemus in libro iudicant, qui inscribitur *Πηδάλιον τῆς νοητῆς νηὸς τῆς μιᾶς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς τῶν ὀρθοδόξων ἐκκλησίας ἦτοι ἅπαντες οἱ ἱεροὶ καὶ θεῖοι κανόνες* (Zacynthi 1864). Eruditiores vero viri nuperrime paulatim sententiam Occidentalium sequentes opus temporis posteriori attribuunt. Cf. Bryennius, *Διδαχὴ* 1883 σελ. κθ' κτλ.

Occidentalibus opus, exceptis Canonibus apostolorum quinquaginta, quos Dionysius Exiguus in latinum versos Collectionibus canonum inseruit, et uno (68) ex sequentibus, saeculo XVI demum notum factum est, cum typis imprimeretur. Humbertus episcopus Sylvae Candidae, cum Nicetas aliquot locos ex eo depromptos Latinis opponeret, librum Clementis seu Constitutiones Itinerarium Petri vel libros Clementinos esse putavit. Editores principes aequae ac Graeci librum apostolorum in manibus se habere existimaverunt. Protestantes librum confestim ficticium iudicarunt, ac brevi Catholici quoque eum apostolis posteriorem esse intellexerunt. Quomodo autem exortus sit, diu alii aliter senserunt.

Saeculo XIX I. S. Drey opus sagacissime perquirens in dissertationibus de Constitutionibus et Canonibus apostolorum¹ (1832) hoc censuit: libros I—VI annis 250—300 scriptos esse, librum VII saeculo IV ineunte; circa annum 350 librum VIII exortum eumque e scripturis veterioribus compilatum et ab auctore cum libris prioribus coniunctum esse; saeculo V exeunte denique Canones apostolorum adiectos fuisse. I. Guil. Bickell in tomo *Historiae iuris ecclesiastici* primo (1843)² sententiam novis argumentis allatis corroboravit, eamque per plura decennia plerique viri docti in Germania secuti sunt.

Iam anno 1854 autem Lagarde Didascaliam apostolorum syriace traditam publicavit³ eamque fontem vel primam librorum I—VI Constitutionum editionem esse cognovit. Anno 1883 Philotheus Bryennius librum edidit, qui inscribitur *Διδαχὴ τῶν δώδεκα ἀποστόλων* quique fons partis prioris libri VII est. Quibus scripturis in lucem productis rectius de origine Constitutionum iudicari potuit. Iam olim Petavius⁴ et Usher,⁵ locos Constitutionum (vel potius Didascaliae) ab Epiphanio allegatos cum textu nobis tradito comparantes, scripturam veterem a posteriore transformatam esse perspexerunt. Drey non solum opus in plures partes distinxit, sed etiam singulas partes diversis temporibus exortas esse atque in universum saltem tales ad nos pervenisse censuit, quales e manibus auctorum prodiissent. Nunc manifestum est, ad opus componendum scripturas antiquiores adhibitas ac transformatas fuisse. Duae ex illis scripturis nobis notae sunt, easque atque novam formam, in quam redactae sunt, comparantes, unum auctorem perspicimus manus in eas intulisse vel Constitutionum libros I—VI et VII confecisse. Idem auctor haud dubie etiam librum VIII compilavit, in parte prima (c. 1—2) fortasse Hippolyti tractatum de charismatibus deperditum in usum suum convertens, in reliqua parte, qua ordines et liturgia describuntur ac regulae ecclesiasticae proponuntur, disciplinam sui temporis respiciens vel etiam scripturas de illis rebus agentes adhibens, suo more mutans, delens

¹ *Neue Untersuchungen über die Constitutionen und Kanones der Apostel* 1832.

² *Geschichte des Kirchenrechts* I 1843.

³ *Didascalia apostolorum syriace* 1854.

⁴ *Epiphanii opp.* 1622 not. X ad Haer. 70.

⁵ *Polycarpi et Ignatii epistolae* 1644 proleg. c. 6—16.

vel addens. Si Achelis et Rahmani recte iudicarent, fons libri principalis nobis etiam traditus esset. Magnam enim partem libri VIII aliae scripturae fere verbotenus exhibent, scilicet Constitutiones per Hippolytum quae dicuntur vel textus graecus epitomen libri VIII tradens, Constitutiones ecclesiae aegyptiacae quae vocantur, Canones Hippolyti, Testamentum Domini nostri, et hae scripturae omnes inter se atque cum libro VIII ita consentiunt, ut e libro VIII textum graecum laudatum, ex hoc Constitutiones aegyptiacas, ex his Canones Hippolyti atque Testamentum D. n. aut vice versa e Canonibus Hipp. vel Testamento D. n. Constitutiones aegyptiacas etc. fluxisse colligere liceat. Achelis¹ et Rahmani² scripturas hunc ordinem habere censent, et ille Canonibus Hippolyti, hic Testamento D. n. locum primum attribuit. Mihi³ ordo inversus vel liber VIII fons illarum scripturarum primarius esse videtur. Quaestio intricata et identidem agitata hic non est uberius tractanda. Sufficit sententiarum diversarum mentionem facere atque addere, Testamentum D. n. tam manifeste originem seriore proderet, ut minime fons scripturarum haberi possit.

Dixi, totum opus unius auctoris esse vel eum, qui e Didascaliam et e Didache libros I—VII composuit, etiam librum VIII compilasse. Nuperrime A. Baumstark cum in codice Musei Borgiani Didascaliam arabicam secundum versionem copticam institutam inveniret non solum Constitutiones I—VI, ut codices hucusque noti, sed etiam librum VII praeter capita 47 et 48 amplectentem, altera ex parte consideraret, apud Syros librum VIII solum vulgatum fuisse, concludendum esse censuit, libros I—VII et librum VIII duorum auctorum esse atque tertium illam scripturam cum hac coniunxisse, capita duo commemorata inseruisse, totum opus in libros (VIII) divisisse atque sic Constitutiones nostras effecisse. Sed versiones orientales parum probant, et opus ipsum aliam originem satis clare manifestat.⁴

¹ Achelis, Die Canones Hippolyti 1891. *Zeitschrift für Kirchengeschichte* XV (1894), 1—43.

² Rahmani, Testamentum Domini nostri 1899 p. XVIII—LII.

³ Funk, *Die Apostolischen Konstitutionen* 1891 p. 253—61; 267—80; *Das Testament unseres Herrn* 1901.

⁴ Cf. quae disputavi in *Theologische Quartalschrift* 1904 p. 233—48.

Quis auctor Constitutionum fuit? Ubi et quo tempore vixit? Eius patriam Syriam esse iam Drey¹ perspexit omnesque consentiunt. Menses prasertim, quos ad tempus describendum commemorat, nonnisi in illam terram quadrant. Tempus scripturae non aequae constat. Mihi plura argumenta probare videntur, eam non prius quam circa annum 400 confectam esse. Unum exponere sufficit. Festum nativitatis Domini, quod in Oriente non ante annum 379 celebrabatur, in Syriam vel patriam auctoris demum aliquot annis postea pervenit, iam in scriptura locum obtinet. Cf. V, 13, 1; VIII, 33, 6. Nonnulli ei originem paulo priorem attribuant. Omnes autem eam saeculo IV medio posteriorem esse agnoscunt.

Constitutiones artissime cum recensione epistularum Ignatii longiore cohaerent, ita ut iam Usher² contenderet, Ps.-Clementem eundem esse cum Ps.-Ignatio. Alii putarunt, hunc Constitutiones exscripsisse. Mihi illa sententia, quam nuperrime Lagarde³ et Harnack⁴ approbaverunt, praefenda esse videtur. Loci paralleli tam crebri ac praeterea eiusmodi sunt, ut Ps.-Ignatius ea, quae cum Constitutionibus habet communia, non tam de libro alieno deprompsisse quam ex ingenio suo dedisse censendus sit. Accedit, quod Ps.-Ignatius plane eodem tempore vixit et in eadem terra, ubi Ps.-Clemens.

De theologia auctoris Constitutiones solas respicientes nihil certi dicere possumus. Iure itaque Cotelerius iudicio se abstinuit. Haud pauci auctorem Arianum habuerunt. Drey⁵ quidem hanc sententiam redarguit. Nihilominus nostris diebus plerique eam retinuerunt. Revera in opere nonnulla insunt, quae Arianismum vel Semiarianismum prodere videntur. Eadem autem fere omnia apud patres catholicos leguntur. Accedit, quod maior pars non Constitutoris est, sed scripturis veteribus ei tradita est. Opus ipsum ergo nos dubios relinquit. Aliter autem res se habet, si auctor idem est cum Ps.-Ignatio. Hic a parte Nicaenorum se stetisse pluribus locis clare indicat, maxime Philipp. 2, 4 tres

¹ *Neue Untersuchungen* 1832 p. 159—163.

² Polycarpi et Ignatii epistolae 1644 proleg. c. 6.

³ *Reliquiae iuris eccles. ant. gr.* 1856 p. VII.

⁴ *Die Lehre der zwölf Apostel* 1884 p. 241—265.

⁵ *Neue Untersuchungen* p. 177—194.

personas divinas ὁμοτίμους profitens, ibid. 5, 2 Christum τῇ φύσει ἄτρεπτον appellans, quae Arianus vel Semiarianus nec dixit nec dicere potuit. Quamquam autem Nicaenus fuit, attamen fidem catholicam non est professus. Philipp. 5, 2 animam humanam Christo abiudicans, ut sine peccato salvatorem fuisse probet, se a parte Apollinaris stetisse prodit. Huic ergo parti Ps.-Clemens eis adnumerandus est, qui eum eundem cum Ps.-Ignatio putant. Et si Apollinarista fuit, etiam magis patet, cur eius theologia aegre definiri possit. Quamquam enim Apollinaris synodum Nicaenam sequens filium consubstantiali patri esse professus est, de cetero eum adeo patre inferiorem esse docuit, ut Arianis vel Semiarianis adpropinquaret.

Uberius de Constitutionum origine, fontibus, auctore, historia disputavi in libris: *Die Apostolischen Konstitutionen* 1891; *Das achte Buch der Apostolischen Konstitutionen und die verwandten Schriften neu untersucht* 1893 (= *Theologische Quartalschrift* 1893 p. 605—666); *Kirchengeschichtliche Abhandlungen* II (1899), 347—72. Lectorem ad hos revocans ad alia progredior.

II.

Edidit Constitutiones apostolorum primus Fr. Turrianus in libro, qui inscribitur: *Διαταγαι των αγιων αποστολων δια Κλημεντος του Ρωμαιων επισκοπου τε και πολιτου καθολικη διδασκαλια δια βιβλιων οκτω. Φραγκιστου πρεσβυτερου του Τουρριανου προλεγόμενα και σχολια απολογητικά τε και ἐξιγητικά εις τας αυτας διαταγας. Ταυτα νυν πρωτον ετυπωθη.* Constitutiones sanctorum apostolorum doctrina catholica a Clemente Romano episcopo et cive scripta libris octo. Francisci Turriani prolegomena et explanationes apologeticae in easdem Constitutiones. Haec nunc primum impressa sunt. Venetiis, ex officina Iordani Zileti MDLXIII. Adhibuit tres codices, quos in Prolegomenis fol. 17 his verbis describit: *Ἐυχον τρία (ἀντίγραφα), ἐν μὲν παλαιὸν ἀπὸ τῆς καταβοίας, τῆς τὸ παλαιὸν μεγάλης ἐλλάδος καλουμένης, ὃ εὖρον ἐγὼ ἐν τῇ μονῇ τῆς νέας ὀδηγητρίας τῇ τοῦ πατρὸς νῦν ἐπικαλουμένη, ἣν δὲ τοῦτο πάνυ ἀρχαῖον. ἕτερον δὲ καὶ αὐτὸ ἀρχαῖον ἀπὸ Σικελίας, ὃ ἐκεῖθεν ἐχομίσαστό μοι Ἀντωνίος Ἀγνουστίνος ὁ τῆς ἰλέρδας ἐπίσκοπος κοσμιώτατος καὶ ἐλλογιμώτατος ἀνὴρ, τῶν τε ἐκκλησιαστικῶν καὶ τῶν πολιτικῶν νόμων*

ἐμπειρότατος. τρίτον δ' ἔτι παλαιότερον καὶ ἀκριβέστερον ἀπὸ τῆς ἐπιφανεστάτης νήσου Κρήτης, ὅπερ ὁ αὐτὸς τῆς ἱλέρδας ἐπίσκοπος δαφυλῶς ὠνησάμενος ἐδώρησάτο μοι. ἦν δὲ τοῦτο τοῦ σοφοῦ Ἀνδρέα τοῦ δῶνον. μάρτυς Ζαχαρίας ἱερεὺς κρής ὁ σκορδύλιος ὁ ἐπιλεγόμενος μαραφαρᾶς, ἀνὴρ πεπαιδευμένος καὶ λόγον ἔμπειρος, νῦν δὲ τοῦ τῆς κωνσταντινουπόλεως πατριάρχου κυρίου Ἰωάσαφ ἐπίτροπος Ἐνετίησι διατρίβων. τούτων δὲ τῶν τριῶν ἀντιγράφων ἐν μὲν ἦν ἀρχαιότατον καὶ ὀρθότατον, ὃ ἐν τῇ ὑποτυπώσει σχεδὸν κατὰ πάντα ἠκολουθήσαμεν. τὰ δὲ λοιπὰ ἔχουσί τινα ἔμμικτα, τὸ μὲν πρότερον ἕξωθεν ἐρμηνείας ἔνεκεν κατὰ τὸ εἶκος παρά τινος φιλαμαθοῦς σημειωθέντα, ἔπειτα δὲ διὰ ἀπειρίας καὶ ἀμαθίας τινὸς ἀντιγραφείως ἔσω μεταβαλόντα καὶ τόπον κειμένου ἀποκληρώσαντα, οἷον ἐπαρθεῖς καὶ τυφωθεῖς, ἀντὶ κεπρωθεῖς, πυκνῶς συντρέχειν, ἀντὶ τοῦ πυκνάζειν, ἐπιμελούμενος, ἀντὶ τοῦ ἐπιστρεφόμενος, βαπτίσατε, ἀντὶ τοῦ μνήσατε, παρὰ τὸ πρόπον, ἀντὶ τοῦ παρὰ τὸ ἰντροίτον, λέξεως ῥωμαϊκῆς, κτλ. In prooemio versionis latinae, quam a. 1578 una cum scholiis et observationibus Antverpiae publicavit, primum codicem dicit satis quidem antiquum esse et recte scriptum, sed libro octavo inchoato et imperfecto, addens in Calabria se eum invenisse in bibliotheca monasterii, quod vocant πατῆρος B. Mariae sacri, quam incolae νέαν ὀδηγήτριαν appellant, eumque quanta potuerit diligentia exscripsisse ac cum aliis contulisse. Exemplar secundum seu Siculum declarat vetus quidem, sed non satis bene scriptum. Exemplar denique Cretense, quod Antonius Augustinus,¹ episcopus Ilerdensis, postea archiepiscopus Tarraconensis emerat eique ad utendum liberalius commodavit, ut reliquis duobus melius et graece edidisse profiteretur et latine transtulisse. Editor in eo quidem erravit, quod librum ab apostolis profectum ac per Clementem conscriptum esse in Prolegomenis et Scholiis demonstrare conatus est. Ceteroquin editio optimae notae est. Turrianus codicem Cretensem tanquam praestantissimum merito ducem secutus est eumque accuratissime expressit. Rarissime tantum ceteri codices illi antepoenendi erant; saepius eorum lectiones in margine transcriptae sunt.

Textum Turriani, et quidem graecum et latinum, repetierunt Fronto Ducaeus S. I. in editione Commentariorum Ioannis

¹ De hoc bibliophilo cf. Graux, *Essai sur les origines du fonds grec de l'Escurial* (Bibliothèque de l'école des hautes études, 46. fasc.) 1880 p. 280—306.

Zonarae in *Canones apostolorum et conciliorum* p. 814—1044, Parisiis 1618, Labbe in tomo I *Collectionis suae conciliorum*, Parisiis 1662, Whiston in volumine secundo operis, quod inscribitur *Christianity reviv'd*, Londini 1711, I. D. Mansi in tomo primo *Collectionis conciliorum*, Florentiis 1759. I. B. Cotelerius in tomo priore editionis operum Patrum apostolicorum novam versionem latinam instituit et commentarium eruditissimum addidit, Parisiis 1672. Clericus, qui hoc opus bis Amstelodami recusit, a. 1698 et a. 1724, in editione altera (a. 1724) in notis lectiones varias codicum Vindobonensium exscripsit, quorum collationem Guilelmus archiepiscopus Cantuariensis ei communicaverat, textum autem Turriani ipse quoque intactum reliquit. Editionem Clerici alteram repetiit A. Gallandi in tomo tertio *Bibliothecae veterum patrum*, Venetiis 1767, pauca tantum ex adnotationibus omittens, et I. B. Migne in tomo primo *Patrologiae graecae*, Parisiis 1857.

Novam textus graeci recensioem instituit Guil. Ültzen, Suerini et Rostochii 1853. Cui hoc fuit popositum, ut textum vulgatum, sublatis innumeris mendis editionum, quas paraverant Clericus a. 1724 et Mansi quasque ex veteribus solas in manibus habebat, codicum manuscriptorum cum Parisiensium tum Vindobonensium, quorum lectiones editio Clerici ipsi suppeditavit, et interpretum auxiliis ad eam formam redigeret, cuius testes plurimi et minime suspecti existerent; deinde ut eis locis, quorum corruptela nulla auctoritate castigaretur, coniectura vel Cotelerii vel sua mederetur (p. XXIV sq.). Revera textum multis locis emendavit, imprimis verba in editione principe ob homoeoteleuton omissa, codicibus autem Vindobonensibus tradita recipiens, haud vero paucis, codici Vindobonensi recentiori nimiam auctoritatem tribuens, deteriorem reddidit. Praeterea lectiones codicum Vindobonensium ex editione Clerici transcribens saepissime erravit.

Postea rem aggressus est P. Bötticher vel P. A. de Lagarde, quo nomine vir doctus nostrae aetati magis notus est. Duas editiones paravit. Priore, quam Chr. C. I. de Bunsen in volumine *Analectorum Antenicenorum* secundo Londini a. 1854 publicavit, eo quidem optime meritus est, quod ea, quae auctoris Didascaliae quaeque interpolatoris sunt, litteris discernebantur. Textus vero, quoniam editor codicibus graecis destitutus versioni arabicae et

praesertim Didascaliae syriacae, quae recensionem scripturae admodum diversam repraesentat, nimiam attribuebat auctoritatem, non melior, sed potius deterior redditus est. Quam editionem minime sufficere Lagarde ipse professus est aliam instituens et ad textum recensendum libros adhibens manuscriptos. Codices Vindobonenses duos, Parisinum et Coislinianum vel Petropolitanum maxima cum diligentia contulit, praeterea editionem principem denuo inspexit. Editio, Lipsiae et Londini a. 1862 publicata, priores revera multis rebus superavit. Cum autem codicibus illis, quorum duo nullius pretii et duo reliqui eiusdem familiae sunt, magnam fiduciam haberet, fieri non potuit, quin errores creberrimi committerentur. Opus ne integrum quidem reddidit, omittens Canones apostolorum, qui partem eius extremam efficiunt atque, ut mea editio ostendit, particula *τοίνυν* ab auctore cum parte praecedente artissime coniuncti erant.

Denique textum recensuit Cardinalis I. B. Pitra in tomo priore Historiae et Monumentorum iuris ecclesiastici Graecorum, Romae 1864. Invenit in Bibliotheca Vaticana septem libros manuscriptos. Cognitos etiam eos habuit, qui Vindobonae, Parisiis et Petroburgi asservantur. Tanquam fundamenta editionis suae dicit (p. 112) se adhibuisse Vaticanum 839 et Vaticanum 1506, parce in opem adduxisse Coislinianum. Reliquorum codicum lectiones perpaucas in notis exscripsit. Editio vero priores minime tanto superat, quanto ex multitudine librorum manuscriptorum laudatorum colligi potuerit. Fere ubique textus Ueltzenianus repetitus est, codices nonnisi levissime inspecti sunt. Ne exemplar Turriani principale quidem in Bibliotheca Vaticana etiamnunc exstare Pitra perspexit. Dicit potius codices Turriani tres pene ignotos esse (p. 112).

Equidem cum mihi proposuissem, ut Didascaliam syriacam latine versam ederem eique tanquam editionem alteram Constitutiones adiungerem, primo sperabam harum textum me ex editionibus recentissimis repetere posse, e Lagardiana aut Pitriana. Cum autem mox animadverterem, editorem alterum codices Romanos vetustissimos non cognovisse, alterum eos quidem manu versasse, nec vero iuste adhibuisse, a consilio destiti et textum ipse recensere decrevi, cumque libri impressi suppetias necessarias non praeberent, manuscriptos consului.

III.

Codices, quorum scientiam consecutus sum, hi sunt:

1. Vaticanus 839 (mihi est a), in quarto. Constat e duobus partibus diversis. Pars prior, membranacea, fol. 174, saec. X vel XI, continet Constitutiones apostolorum; pars altera, bombycina, fol. 175—312, saec. XIV, post alios tractatus f. 270—312 quatuor orationes adversus Muhammedum exhibet. Prior pars iam non est integra; desinit enim in verbis *μανθάνειν ὑμῶν τοὺς νέους* can. apost. 85 med. Ultimum ergo folium deperiit. Similiter inter folia 163 et 164 folium deperditum est. Cf. adnot. ad VIII, 40, 3. Codex vitiis quidem non caret. Ob homoeoteleuton vel aliis ex causis nonnulla ommissa, alia minus recte reddita, plura etiam interpolata sunt (cf. II, 6, 15; 13, 3; V, 1, 8; 7, 11. 12. 21; 14, 16; 15, 3; VI, 3, 1; VII, 8, 6). Itacismum secutus librarius praeterea plura false transcripsit. Ceteroquin liber optimae notae est. Omnia exemplaria in Europa asservata cum vetustate tum praestantia et integritate superat. Manus posterior eum passim correxit, menda orthographica emendans, *ν ἐφέλκυστικὸν* et *σ* in vocabulo *οὕτως* ante consonantes delens, et in margine lectiones aliorum codicum, praesertim Vaticani 2088, apposuit easque adnotavit praemittens fere semper *ἐν ἄλλῳ* vel *ἐν ἄλλοις*. Corrector Turrianus fuisse videtur. Hic saltem, ut infra videbimus, codicem in manibus habuit et in sua editione expressit, neque alius atque editor librum tam diligenter castigasse facile censendus est. Accedit, quod lectiones, quae in margine codicis tanquam *ἐν ἄλλῳ* vel *ἐν ἄλλοις* exstantes leguntur, fere eadem sunt, quas etiam ille in margine editionis suae posuit. Sin autem alius, Cardinalis Sirletus manum codici iniecisse putari potest, qui in Constitutionibus apostolorum multum versabatur cuiusque scripturae correctoris simillima erat, ut e codice Vaticano latino 6177 apparet.

2. Vaticanus 2088 (= b), olim Basilianus 127, formae octavae, membranaceus, foliorum non numeratorum fere 250, saec. XI. Constitutiones leguntur fol. 1—167, initio autem ac fine carent; incipiunt enim a verbis *τοῦ Ἰεζεκιὴλ πρὸς ἕκαστον ἱμῶν φάσκων* II, 6, 7, et desinunt in verbo *σταφυλῆς* VII, 29, 3. Inde a folio 168 sequuntur Ascetica Antiochi monachi, ab alia manu scripta. Codex libros Constitutionum tantum indicat, nec

vero capita librorum. Librarius homo rusticus erat. Scripturam saepe false intellexit, haud pauca omisit atque addidit, menda plurima, praesertim ex itacismo exorta, contra orthographiam commisit. Scripsit ex. gr. saepissime et in casu imperativi fere semper *αι* pro *ε*, *ω* pro *ο*, inprimis *λέγομεν* pro *λέγομεν*, et similiter, nonnunquam *υ* vel *ι* pro *οι* atque alia eiusmodi; *υ* *ἐφελευστικὸν* fere semper, etiam ante consonantes, posuit.

3. Vaticanus 1506 (= d), olim Grottaferratensis, in folio minore, membranaceus, foliorum 80, duarum columnarum, a. 1024 exaratus a monacho et presbytero Athanasio, initio mutilus. Incipit [*κο*] *δράντης καὶ θεασάμενος* III, 7, 7. Neque tamen inde ab hac parte prorsus integer est. Librarius preces VII, 47—49 traditas non transcripsit. Canones apostolorum I—IV a reliquis segregati post VIII, 39 leguntur. Constitutiones desinunt fol. 78^a. Adiectae sunt autem notae breves ad praedicationem et mortem apostolorum spectantes, similes eis, quas codex Vindobonensis vetustior exhibet atque Lagarde p. 281 sq. publicavit, et nomina discipulorum Domini. Codex subscriptus est: *Τέρομα εἰλήφθη βιβλίω τῶν διατάξεων τῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ χειρὸς Ἀθανασίου τοῦ εὐτελοῦς ἀββαπροεβυτέρου, μηνὶ μαρτίω, κέ' ἡμέρᾳ, δ' ὄρᾳ, γ' ἰνδικτ. ἔτει ρσλβ'.* Liber omnium, qui mihi innotuerunt, pulcherrime et diligentissime exaratus est. Inscriptiones et numeri et litterae capitum initiales colore rubro exhibentur, in libro octavo etiam particulae, quibus preces ordinantur vel inter se coniunguntur, seu Rubricae quae vocantur, et cum his nonnunquam etiam breves preces, ex. gr. c. 11 verba *καὶ μετὰ τοῦτο λεγέτω — καὶ λεγέτω*, et *καὶ ὁ λαὸς ἀποκρινάσθω* v. 7—8, *καὶ — πᾶσιν* et *καὶ ἀσπαζέσθωσαν — γυναῖκας* v. 9, denique versus 10—12. In margine prima manus haud raro lectiones varias vel interpretamenta verborum singularium vel alias notas breves posuit.

4. Vaticanus 2089 (= e), olim Basilianus 128, formae octavae, membranaceus, foliorum 239, saec. XI, a duabus manibus exaratus, quarum alterius sunt folia 1—150 vel orationes quaedam asceticae (f. 1—71), Simeonis Stylitae orationes VIII (f. 71—107), Chrysostomi oratio de prophetis (f. 108—127) atque Ecloge dictorum scripturarum divinarum et sanctorum patrum, alterius folia 151—239 vel Constitutiones apostolorum. Huius scripturae autem pars minor tantum conservata est. Sectio enim incipit a

verbis [χω]λυόμενος ὑπὸ Ἀζαρίου VI, 1, 3 ac desinit in verbis πάντα τοὺς εἰσιόντας can. ap. 9. Librarius insuper omisit partem libri VIII maiorem, scilicet descriptionem liturgiae et ordinationum atque benedictionis olei et aquae vel c. 5—29, sectionem de distributione primitiarum ac decimarum et reliquiarum eulogiarum agentem vel c. 30—31, descriptionem synaxeos vespertinae ac matutinae et preces super primitias et pro defunctis pronuntiandas vel c. 35—41, denique finem capituli 46 in verbis ὃς τοσοῦτον v. 16 abrupte desinens. Ad librum olim, ut Mercati vidit atque mihi benignissime communicavit, folia 109—112 codicis Vaticani 2115 pertinebant continentia duo fragmenta libri V Constitutionum, scilicet fol. 109 sq. verba καὶ παρ' ἡμῶν τετίμηται ὁ μακάριος Ἰάκωβος 8, 1 — ἔλεγεν διὰ τοῦ προφήτου 12, 3, fol. 111 sq. θε]έ μου ἵνατί με ἐγκατέλιπες 14, 17 — καὶ καλέσουσι 16, 3. Codex proxime ad librum Vaticanum 1506 accedit. Similiter atque hic Canones apostolorum quatuor priores a reliquis seiungit et descriptioni synaxeos vespertinae ac matutinae vel potius, hanc sectionem omittens, Constitutioni Pauli ac Petri de diebus feriabilibus vel VIII, 33 adiungit, atque in plerisque lectionibus cum hoc consentit. Neque tamen alter ex altero fluxit. Uterque sectiones exhibet, quae in altero desunt, hic partem libri VIII iam definitam, ille capita tria postrema libri VII. Itaque uterque ex eodem exemplari vetustiore descriptus est.

5. Ottobonianus 442, in folio minore, chartaceus, foliorum 172, saec. XVI, in fine mutilus, canone apostolorum ultimo et Constitutionum epilogo deficiente. Cf. Feron et Battaglini, Codices mscr. graeci Ottoboniani Bibliothecae Vat. 1893 p. 248. Codex eadem amplectitur, quae Vaticanus 839. Quod enim canon apostolorum ultimus omissus est, id inde explicandum esse videtur, quod ille in codice Vaticano non integer exstat. Itaque codicem recentiorem e vetustiore descriptum esse verisimile est. Et Vaticanum revera eius fontem esse clare animadvertimus codicem accuratius inspicientes. Eadem enim omittit, quae Vaticanus, praesertim sectionem VIII, 40, 3—41, 8, quae in hoc folio deperdito deficit. Quo loco plura deesse librarius ceteroquin perspexit et paginam unam ac dimidiam vacuum reliquit, et secunda manus partem lacunae explevit, scribens usque ad μετὰ πάντων VIII, 41, 1. Deinde omnia exhibet additamenta supra p. XXIV enumerata, quae

in Vaticano in eoque solo leguntur. Denique cum hoc fere in omnibus lectionibus consentit. Pauca tantum exscribo. In libro V, 19, 2 et in textu et in nota marginali eadem exhibet, nisi quod in hac τῷ δὲ σαββάτῳ μέχρις ἀλεκτοροφωνίας παρατείνοντες praemisit et pro [ἀ]πονησι[ζ]όμενοι legit ἀπονησιζέσθε et litteras praecisas supplevit. Scribit aequae ac Vaticanus II, 28, 8, V, 6, 10 οὐθέν, II, 39, 3, VI, 27, 7 μηθέν. Minime igitur est dubium, Ottobonianum e Vaticano fluxisse. Codex passim correctus est. In libro VIII praesertim manus secunda capitibus non inscriptis titulum dedit vel inscriptionem exstantem accuratius definivit. Ex. gr. in capite 8, ubi librarius e codice Vaticano descripsit εὐχή γ', secunda manus γ' delevit addiditque ὑπὲρ τῶν βαπτισομένων. Verba capitis 9 ineuntis: ἐπευχέσθω οὖν ὁ ἐπίσκοπος τοιάδε, librarius codicem Vaticani sequens tanquam inscriptionem posuit; secunda manus sectionem inscripsit: χειροθεσία ὑπὲρ τῶν ἐν μετανοίᾳ, tertia vocabulo χειροθεσία insuper addidit καὶ εὐχή. Similiter verba capitis 12 ineuntis: φημὶ δὲ ἐγὼ Ἰάκωβος ὁ ἀδελφὸς Ἰωάννου τοῦ Ζεβεδαίου, a librario tanquam inscriptio exhibentur; altera manus in margine superiore scripsit: capro ιβ', rubrica διατάξις Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Ζεβεδαίου. Eisdem inscriptiones Turrianus exhibet. Itaque conicere licet, hunc esse correctorem codicis vel correctorem inscriptiones ex editione principe desumpsisse.

6. Ottobonianus 391, in folio minore, chartaceus, foliorum 184, saec. XVI, fol. 1—135 maiorem Constitutionum partem continens. Liber fatum iniquissimum habuit. Maxima scripturae pars evanuit, vel per aquas deperdita est. Ne unum quidem folium integrum est. Foliorum priorum fere dimidia pars legi nequit. Ordo quoque Constitutionum non est servatus. Fol. 40^b sectio incipit: Προεφήτευσαν δὲ καὶ γυναῖκες i. e. VIII, 2, 9; fol. 121^b legitur VIII, 46, fol. 124^b II, 59 inde a versu tertio. Codex itaque non tam Constitutiones ipsas quam capita operis selecta exhibere videtur. Quae cum ita sint, operam perdere mihi visus sum in libro diu versans. Neque vero inde editioni meae detrimentum fieri mihi persuasum est. Conicere licet librum ex exemplari adhuc exstante derivatum esse. Utut autem haec res se habet, liber recentioris aetatis et adeo corruptus est, ut vix ad textum recensendum aliquid contribuat. De scripturis, quas praeter

Constitutiones apostolorum continet, cf. Feron et Battaglini, Codices mscr. graeci Ottoboniani Biblioth. Vat. 1893 p. 204 sq.

7. Barberinus III 55 (= f), in octavo, membranaceus, saec. VIII vel IX, pag. 562. Continet post Liturgiam S. Basilii et alia documenta liturgica pag. 536—542 Canones apostolorum 64—70, 75—84 et partem priorem conclusionis operis vel VIII, 48, 1—2, et pag. 542—562 sub titulo *Διατάξεις ἁγίων ἀποστόλων μυστικῆς λατρίας* capita 4—5 et 16—27 vel capita de ordinationibus agentia praeter initium capitis 5 vel verba *ὁ ὧν δέσποτα — Μωϋσεῖ καὶ Ἀαρὼν καὶ* v. 1—4. Codex pervetustus et litteris uncialibus scriptus est, abundat autem mendis ex ithacismo exortis ac similibus.

8. Vallicellianus F. 68, formae quadratae, miscellaneus, fol. 140^r—143^v initium Constitutionum exhibens, sc. I, 1—3, 8, desinens *εἰς ἕν, ὃ ἐστὶ σπατάλιον*. Particula aequae ac scriptura praecedens, sc. Anastasii Sinaitae oratio de sacra synaxi, charta traditur et saeculo XVI scripta est. Reliqua codicis pars est bombycina et continet primo loco Anastasii Responsiones ad interrogationes de diversis capitibus ecclesiasticis vel potius partem huius scripturae. Particula Constitutionum inscribitur: *Διαταγαὶ τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος προσφωνηθεῖσαι. Βιβλίον πρῶτον· καθολικῆ διδασκαλία καὶ παραίρεσις περὶ λαϊκῶν ἐν κεφαλαίοις ια'.*

9. Ambrosianus G 64 sup. (= m), chartaceus vel bombycinus, formae quadratae, saec. XIV, foliorum 238, initio mutilus, incipiens verbis *ἐν αὐτῷ θήσω τὸ ὄνομά μου* C. A. II, 22, 5 et fol. 1—133 opus inde ab hoc loco et sine Canonibus apostolorum continens, fol. 134—238 maxime scripturas liturgicas tradens. Initio codex aqua adeo deperditus est, ut maior pars scripturae iam non possit legi. Cum eiusdem familiae sit, cuius etiam duo alia exemplaria et quidem vetustiora exstant, non nisi libros Constitutionum III—IV et particulas in codice Petropolitano praetermissas (exceptis capitibus 37—39 libri VII) legi ac nonnullos locos inspexi, qui mihi maioris momenti esse videbantur.

10. Vindobonensis hist. graec. 73 (= v), olim 46, in quarto, membranaceus, fol. 195, saec. XI vel XII, Constantinopoli comparatus ab Augerio Busbeckio († 1592), ut in primo et ultimo folio legimus. Constitutiones apostolorum traduntur fol. 2—184,

et quidem ordine recto: modo quaterniones undevicesima (fol. 145—152) et vicesima (fol. 153—160), a bibliopego transpositae, ordinem inversum obtinent. Fol. 1 tanquam prologus praefixa est comparatio ecclesiae cum navi, desumpta ex epistula S. Clementis ad Iacobum c. 14—15, incipiens verbis *ἔοικε τὸ πρᾶγμα τῆς ἐκκλησίας νηϊ μεγάλῃ*, desinens verbis *οἱ δὲ πάντες θεῶ περι τοῦ οὐρία πλείειν προσευχέσθωσαν ὡς δεσπότη καὶ τῆς νηὸς καὶ τοῦ κυβερνήτου πατρί*. Constitutiones sequuntur nonnullae scripturae ab alia manu vetere exaratae, scilicet Constantinopolitanae ecclesiae gratiarum actio ob catholicae fidei restitutionem et eversionem haereseos Iconomachicae fol. 185—191; S. Theodori Studitae Ordo asceticus de quantitate et qualitate ciborum fol. 192—193^a; Precationes sacrae octo fol. 193^b—194. Finem facit subscriptio Theodosii cuiusdam principis, ad quem codex olim pertinuit. Canones apostolorum deficiunt. Cum autem subscriptio finem indicans desit et in inscriptione libri octavi expresse etiam *περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν* sermo fiat, colligere licet, eos olim in codice locum obtinuisse et iniuria temporis postea periisse. Codex diligenter exaratus est; *ν ἐγκεκλυστικὸν* fere ubique exhibet, etiam ante consonantes, non autem *ι* subscriptum. Lectiones primus Clericus publicavit, nec vero omnes nec modo sufficienti. Collationem accuratiorem Lagarde instituit. Cf. Lambeck-Kollar, Commentar. de aug. Biblioth. Caes. Vindob. VIII, 952—958.

11. Vindobonensis hist. graec. 64, olim 47, in quarto, chartaceus, fol. 153, saec. XVI, olim Sebastiani Tengenagel († 1636), ut folium primum testatur. Constitutiones apost. exstant fol. 1—124. Fol. 125—153 sequitur Nicolai Doxapatri notarii Constantinopolitani Expositio in S. Gregorii Naz. Tetrasticha iambica. Constitutiones principio et fine mutilae sunt. Fol. 1—10 leguntur tituli capitum ac librorum et scholia inde ab II, 14 usque ad VIII, 46. Textus incipit fol. 11 verbis *τὴν γυναῖκα μὴ ὑπερηφανῶν μηδὲ ἀλαζονεύμενος, ἀλλ' εὐσπλαγχνος* I, 3, 2 ac desinit VIII, 46, deficientibus Canonibus apostolicis. Liber primus et initium libri secundi partitione et inscriptionibus carent. Inscriptiones incipiunt II, 14, numeri capitum II, 15. Inde a folio 76 manus secunda scripsit; prima autem in hac parte correctorem egit. De collationibus prioribus idem dicendum est, quod de

Vindobonensi altero. Cf. Lambeck-Kollar, Commentar. VIII, 958—959.

12. Parisinus 931, olim Colbertinus 4491, Regius 2874, in quarto, chartaceus, exceptis foliis 1—3 et 202—204, quae sunt membranacea, fol. 204, saec. XVI. Constitutiones et principio et fine carent. Incipiunt enim fol. 5 verbis *τοῦ τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλοντος* II, 14, 5, desinunt fol. 193 verbis *ἀπρόσιτον μόνον διὰ τὴν μεγάλην σου δόξαν, κύριε βασιλεῦ* VII, 47, 2. Fol. 194—201 exstant Quaestiones et responsiones de variis rebus theologicis, eadem initio et fine mutilae. Folia membranacea tria priora de arte medicinae agere videntur, posteriora de rebus theologicis. Bibliopegus librum male compegit. Ordo foliorum hic esse debet: 5—97; 138—145; 130—137; 122—129; 114—121; 106—113; 98—105; 146—193.

13. Parisinus 1614, olim Mazarinaeus, in quarto, chartaceus, fol. 71, saec. XVI. Continet praeter Martyrium S. Clementis Romani (fol. 1—9), Martyrium S. Ignatii a Simeone Metaphraste conscriptum (f. 13—26), Anastasii Sinaitae orationem de sacra synaxi et oblivione iniuriarum (f. 53—67) ac nonnullos canones conciliorum veterum initium Constitutionum apost. vel I, 1—3, 8 (fol. 68—71), partem Canonum apostolorum (f. 32—36) atque excerpta ex Constitutionum apost. libris I—V, VII et VIII, quorum plurima cum particulis prorsus consentiunt, quae in Anastasii Quaestionibus leguntur, et ex hoc opere desumpta sunt. Particula Constitutionum inscribitur: *Διαταγαὶ τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων αἱ διὰ Κλήμεντος προφωνηθεῖσαι. Βιβλίον πρῶτον, ἐν τῇ καθολικῇ διδασκαλίᾳ καὶ παραίνεσις περὶ λαϊκῶν ἐν κεφαλαίοις ιά', ac desinit in verbis εἰς ἕν, ὃ ἐστι σπατά . . . , ergo eadem est cum Vallicelliana. Cf. Catalogus codd. mscr. Bibliothecae regiae II, 374 sq. Omont, *Inventaire de manuscrits grecs de la Bibliothèque nationale* II 1888 p. 107.*

14. Petropolitanus 254 (= 1), olim Coislinianus 212 et descriptus a Montefalconio in Bibliotheca Coisliniana 1725 p. 271 sq., deinde Petri Dubrowsky, in cuius Museum liber tempore Revolutionis gallicae vel paulo post pervenit, in quarto, membranaceus, foliorum 149, scriptus anno 1111 imperatore Alexio Comneno a quodam Theodoro, ut subscriptio codicis indicat: *θεοῦ τὸ δῶρον* (sic) *καὶ πόνος θεοδώρου*. Constitutionibus, quae leguntur

fol. 1—143, succedunt Epitimia Basilii et Theodori Studitae, Capitula Timothei Alexandrini, Hippolyti ac Dorothei notae de praedicatione ac morte discipulorum Domini impressae in appendice editionis Lagardianae p. 282—284. Canonibus apostolorum insuper (fol. 138^b—139^a) praemissus est Ὅρος κανονικὸς τῶν ἀγίων ἀποστόλων. Constitutiones ipsae non sunt integrae. Inde a libro septimo medio multa desunt. Librarius preces atque pauca alia praetermisit, scilicet VII, 26—39, 47—49; VIII, 1—15, 29—31; 34, 8—41 (non solum 34, 8—39, ut ad VIII, 34, 8 notatum est); 46, 2—16; Canones apostolorum 7—11, 18—20, 26—27, 30—31, 34, 36—43, 45—47, 58—60, 64, 70—71, 74—75, 81—83, 85. Sectiones tanquam pro ratione libri superfluae omissae sunt. Codex minus diligenter exaratus est. In accentu ponendo librarius saepe erravit, itacismum secutus multa false scripsit; *ν* ἐφελκυστικὸν ante consonantes plerumque, nonnunquam etiam ante vocales omisit; *ι* in casu dativo et alias saepe adscripsit, nunquam vero subscripsit. Manus recens codicem passim correxit, praesertim *ν* ἐφελκυστικόν, ubi omissum fuerat, ante vocales posuit. Inter editores Constitutionum primus Lagarde codicem adhibuit et diligentissime contulit. Notas de apostolis supra laudatas infra reddo, et quidem tales, quales codex tradit, nisi quod sigla solvo et pro σ in fine vocabulorum pono ς, ut lector imaginem libri accuratorem accipiat.¹

¹ Ἰππολύτου ἐπισκόπου ῥώμης· καὶ δωροθέου ἐπισκόπου τύρου καὶ ἱερομάρτυρος· περὶ τῶν μαθητῶν τοῦ κυρίου, ὅπου ἕκαστος αὐτῶν ἐκήρυξε τὸ εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ, καὶ ἐτελειώθη ∴

α. Πέτρος· οὗτος ἐκήρυξεν ἐν γαλιλαίᾳ καὶ ἐν τοῖς μεσογείοις πόντον· καὶ γαλάταις· καὶ ἀσίας· καὶ βιθυνίας· καὶ ῥώμης ἔνθα καὶ ἐσταυρώθη ὑπὸ ἀγροίππα πρεφέκτου. ἐν χρόνοις νέρωνος βασιλέως ῥωμαίων ∴

β. Παῦλος· οὗτος ἐκήρυξεν ἀπὸ ἱερουσαλῆμ ἕως τοῦ ἰλλυρικοῦ· καὶ ἰταλίας· καὶ ἰσπανίας· μέχρι ῥώμης, ἔνθα καὶ τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθει ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν ἀρχόντων· κηρύξας τὸν εὐσεβῆτι πίστιν τῇ ἀνθρωπότητι ἐν ἔτεσι λϛ. ἐτελειώθη δὲ μετὰ πέτρον, ἐν τῇ εἰρημένῃ πόλει ῥώμῃ ∴

γ. Ἰάκωβος ὁ τοῦ ζεβεδαιίου· οὗτος ταῖς ἰβ φυλαῖς τοῦ ἰσραὴλ ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ· εὐαγγελισάμενος τὸν χριστὸν, ἀναιρεῖται μαχαίρα, ὑπὸ ἠρώδου τοῦ τετράρχου ∴

δ. Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ· οὗτος τῇ ἀσῆα κηρύσσων, ὑπὸ δομετιανοῦ βασιλέως ῥώμης, ἐξωρίσθη ἐν πάτμῳ τῇ νήσῳ· ἔνθα καὶ συνεγράφατο τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ· ἐν τοῖς χρόνοις τραϊανοῦ ὅπου καὶ τὴν ἀποκάλυψιν ἐθεάσατο· ἐτέθη δὲ ἐν ἐφέσωι, μετάρσιος γεγονώς· διὸ καὶ ὁ λόγος κεκράτηκε· σὺν τῷ ἐνώχ καὶ ἡλία ἔτι ἐν σαρκὶ αὐτὸν ὑπάρχειν ∴

15. Petropolitanus 241, exaratus anno 1645 Hierosolymis a Callinico metropolitā Caesareae Palaestinae. Librarius ipse declarat, se librum ex editione principe descripsisse, et notam addit, qua exponit, Constitutiones magna ex parte dogmatibus Latinorum

ε. Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς πέτρον· οὗτος ἐκήρυξεν πάση τῇ παραλίῳ βῆθννίας τὲ καὶ πόντου· θράκης καὶ σκυθίας· μετέπειτα δὲ, ἐπορεύθη ἐν σεβαστουπόλει τῇ μεγάλῃ· ὅπου παρεμβάλλει ψάρος καὶ φάσις ποταμὸς· οὗ ἐσώτερον οἱ αἰθίοπες οἰκοῦσιν· ἔπειτα ἐν πάτραις τῆς ἀχαίας· καὶ ἐσταυρώθη ὑπὸ αἰγεάτου ἀνθυπάτου· καὶ ἐτέθη ἐν πάτραις τῆς ἐλλάδος· μετετέθη δὲ, ἐν κωνσταντινούπολει μετὰ λουκᾶ τοῦ ἐναγγελιστοῦ καὶ τιμοθέου ∴

ς. Φίλιππος· οὗτος ἐν φρυγίᾳ ἐκήρυξε τὸν χριστὸν· καὶ ἐσταυρώθη ἐν ἱεραπόλει τῆς ἀσίας· ἔνθα καὶ ἐτέθη ∴

ζ. Βαρθολομαῖος· οὗτος τοῖς Ἰνδοῖς τοῖς καλουμένοις ἑνδαίμοσι· κηρύξας τὸν χριστὸν καὶ δεδωκὼς αὐτοῖς τὸ κατὰ ματθαῖον εὐαγγέλιον, τέθαιπται ἐν οὐρβανουπόλει τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς· πρὸ τῆς σφαγῆς ἐκδωροθεὶς ὡσπερ θύλαξ ∴

η. Θωμᾶς· οὗτος ἐκήρυξε πάρθοις καὶ μήδοις· καὶ γερμανοῖς, καὶ ὕρακοῖς· τελειοῦται δὲ λογγευθεὶς· ἐν πόλει τῆς Ἰνδίας, καλαμίτη λεγομένη· κεῖται δὲ, ἐν ἐδέσῃ τῆς ὀσδρόνης ∴

θ. Ματθαῖος ὁ τελώνης· οὗτος τῇ ἐβραΐδι γλώσσῃ, τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ συνεγράψατο πρῶτος ἐν ἱερουσαλήμ· ἠρμηνεύθη δὲ τῇ ἐλληνικῇ γλώσσῃ, ὑπὸ Ἰωάννου τοῦ ζεβεδαιίου· οὗτος κηρύξας τὸν χριστὸν ἐν ἱεραπόλει τῆς συρίας πρὸς τελειοῦται ∴

ι. Ἰούδας ἰακώβου· οὗτος ἐν πάσῃ τῇ μεσοποταμίᾳ κηρύξας τὸν χριστὸν, ὑπὸ Ἰουδαίων ἀναιρεῖται λίθοις· κεῖται δὲ ἐν ἐδέσῃ τῇ πόλει ∴

ια. Θαδδαῖος ὁ λεβαῖος καὶ ἰούδας· οὗτος ἐδεσινοῖς ἐκήρυξε· τέθαιπται δὲ ἐν ὀστρακῇ τῇ πόλει τῆς αἰγύπτου· σταυρωθεὶς ∴

ιβ. Ἰάκωβος· οὗτος ἦν ἀδελφὸς τοῦ κυρίου, κατα σάκα (!)· καθίσταται δὲ, πρῶτος ἐπίσκοπος ἐν ἱερουσαλήμ· οὗτος ἐμαρτύρησε καταβληθεὶς ὑπὸ ἀνόμων ἀνδρῶν, ἐκ τοῦ πτερυγίου τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν ἱερουσαλήμ· κειμένον αὐτοῦ κάτω καὶ ἔτι ζῶντος κναφεὺς ἀνεῖλεν αὐτὸν· πατάξας τῷ ξύλῳ μεθ' οὗ ἐβάσταζε τὰ ἱμάτια καὶ ἐπορεύετο ἀποπλύναι αὐτὰ ∴

ιγ. Σίμων ὁ κανανίτης ὁ ζηλωτὴς· οὗτος ἐκήρυξε πάσῃ τῇ βρεττανίᾳ· καὶ τῇ τῶν ἀφρῶν χώρα· μετέπειτα δὲ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ καθίσταται ἐν σιών ἐπίσκοπος· μετὰ Ἰάκωβον τὸν δίκαιον, τὸν ἀδελφὸν κυρίου· ὅστις ζήσας ἔτη ρκε, ἐμαρτύρησε σταυρωθεὶς ἐπὶ ἀδριανοῦ βασιλέως ῥώμης ∴

ιδ. Ματθίας δὲ· οὗτος ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἐκήρυξε τὸν λόγον· εἰς ὧν, ἐκ τῶν ἑβδομίκοντα μαθητῶν· μετὰ τὴν τοῦ κυρίου ἀνάστασιν συγκαταριθμηθεὶς τοῖς ἰα ἀποστόλοις, ἀντὶ Ἰούδα· ὃς καὶ ἐν τῇ πρώτῃ αἰθιοπία κηρύξας τὸν χριστὸν, τελειοῦται καὶ τέθαιπται ἐκεῖ ∴

ιε. Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστὴς· οὗτος σὺν τῷ παύλῳ ἐκοπίασεν ἐν τῷ ἐναγγελίῳ τοῦ χριστοῦ· ὅστις τὸ εὐαγγέλιον αὐτοῦ καὶ τὰς πράξεις τῶν ἀποστόλων ἔγραψε θεοφίλῳ ἐπισκόπῳ ἀντιοχείας τῆς μεγάλης· οὗτος

adversari: nihil dicentes de primatu papae, prohibentes, ne quis vescatur suffocatis et sanguine, ne quis sabbato ieiunet etc. Codicis mentio fit in Catalogo Bibliothecae Hierosolymitanae I (1891), 494; in Catalogo codicum graecorum in collectione Porphyrii conservatorum p. 6, quem Jernstädt a. 1885 Petropoli edidit.

16. Bodleianus Miscell. 204 (= o), olim Meerm. Auct. T. 2. 4, Meermannius 115, Claromontanus 53, in quarto, membranaceus, foliorum 184, saec. XI, binis columnis descriptus, litteris initialibus curiose exaratis et coloratis, utrimque mutilus. Constitutiones apostolorum I—VI, 23, 1 traduntur fol. 91—184. Scriptura, titulo carens, incipit ab inscriptione libri primi. Itaque Coxe, Catalogi codd. mscr. Bibliothecae Bodleianae I (1853), 759, aequae ac auctor Bibliothecae Meermanniae 1824 IV, 15, eam Institutionem catholicam designavit. Unde evenit, ut omnes diu fugeret, quae esset illa scriptura. Nostris demum diebus E. Nestle eam Constitutiones apostolorum esse perspexit.¹ Accepit collationem codicis, quam Conybeare instituit, eamque liberalissime mihi communicavit. Singulis Constitutionum libris inscriptio indicans summam et numerum libri vel τοῦ λόγου, qua voce codex librum designat, praefixa est. Liber I ex. gr. inscribitur: *Καθολικὴ διδασκαλία περὶ λαϊκῶν λόγος* ᾱ. Modo in libro II numerus vel λόγος β̄ deest. Litterae initiales supra memoratae exordium pericoparum brevium indicant atque crebrae sunt, in capite I libri I ex. gr. sex. Codex simillimus est libro Vaticano 2088 (= b); non solum easdem fere lectiones habet, sed etiam aequae ac hic mendis orthographicis scatet, ω et ο saepissime confundens, ε pro αι

ἔστιν οὗ μένηται παῦλος ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς αὐτοῦ λέγων· συνέπεμψα δὲ μετὰ τούτων, τὸν ἀδελφὸν οὗ ὁ ἔπαινος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ· καὶ πάλιν· ἀσπάζεταιται ὑμᾶς λουκᾶς ὁ ἰατρός ∴

ις. Μάρκος ὁ εὐαγγελιστὴς· οὗτος ἐν τῇ αἰγύπτῳ ταῖς ιβ̄ φυλαῖς ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ· κηρούσων τὴν πίστιν. καθίσταται ἐπίσκοπος ἐν ἀλεξανδρείᾳ τῇ μεγάλῃ· ὃς καὶ τὸ εὐαγγέλιον συνέγραψε, ὡς πέτρος ὁ ἀπόστολος αὐτῷ ὑφηγήσατο· ὃν καὶ υἱὸν ὀνομάζει ἐν τῇ ἐπιστολῇ αὐτοῦ ὁ πέτρος οὕτως λέγων· ἀσπάζεταιται ὑμᾶς, μάρκος ὁ υἱὸς μου ∴

∴ Ὁ μὲν φίλιππος ὁ ἀπὸ βηθσαιδᾶ, κεῖται ἐν ἱεροπόλει, ὅπου καὶ ἔστανρώθη ∴ ὁ δὲ εἰς τοὺς ἑβδομῆκοντα φίλιππος εἰς ὧν ἕκ τῶν ἐπὶ διακόνων· ὁ καὶ τὸν κανδάκην βαπτίσας θυγατέρας ἔσχεν τέσσαρας· καὶ κεῖται ἐν τράλῃ τῆς ἀσίας μετὰ καὶ τῶν θυγατέρων αὐτοῦ, ὕστερον δὲ, μετετέθησαν ∴

¹ Cf. *Theologische Literaturzeitung* 1899 p. 207—209.

et *αι* pro *ε* scribens et alia eiusmodi. Neque tamen alter ex altero, sed potius uterque e communi fonte fluxit.

17. Hierosolymitanus (= h), olim claustrum S. Sabae haud procul ab urbe siti, nunc in Bibliotheca patriarchatus graeci asservatus ac signatus III, 3, in folio, membranaceus, fol. 65, duarum columnarum, saec. X—XI, desinens VIII, 45 et quaternione deperdita parte libri II, sc. 16, 4—35, 3 carens. Fol. 65 manus posterior in laudem sermonum Clementinorum nonnulla addidit, quae autem vix legi possunt. Inscriptiones capitum in margine inferiore, nonnullae paucae in margine laterali leguntur; plurimae vero libro valde praeciso vel atramento pallescente evanuerunt. Numeri capitum non exstant, excepto uno loco, sc. II, 63, ubi ante inscriptionem legitur $\bar{\Delta}$. Scriptura mendis non vacat. ω et σ , η , ι , $\epsilon\iota$ et similia saepius confunduntur. Ceteroquin liber optima notae est. Descripsit eum ea diligentia, qua brevi tempore sibi concesso potuit, A. Ehrhard in *Centralblatt für Bibliothekswesen* ed. Hartwig 1891 p. 26—30. Cf. Papadopulus Cerameus, Hierosol. Bibliotheca III (1897), 22 sq.

18. Constantinopolitanus, asservatus in Bibliotheca S. Sepulcri et signatus numero 550, chartaceus, in quarto minore, fol. 310, saec. XVII vel XVIII. Liber, cuius mentionem facit Sathas in Bibliotheca medii aevi I (1872), 288, ex editione principe fluxit. Addit enim aequae atque haec titulo verba *διὰ βιβλίων ὀκτώ*. Exhibet inscriptiones capitum omnes eodem modo ante singulos libros, in pagina secunda etiam versus *πρὸς τοὺς ἐντενξομένους τῇ* (*παρούση*, quod vocabulum in codice insertum est) *βιβλω*, qui in editione Prolegomenis adiuncti sunt quique Franciscum (Turrianum) librum post longam oblivionem in lucem produxisse celebrant. Insuper lectiones librorum et manuscripti et impressi plane inter se consentire videbam locos principales inquirens. Cf. Papadopulus Cerameus, Hierosol. Bibliotheca IV (1899), 118, ubi vero fons libri non est cognitus.

19. Atheniensis Biblioth. nation. 1435 (= s), in quarto, membranaceus, foliorum 175, saec. XII, libros VIII Constitutionum apostolorum et librum de haeresibus continens, in fine mutilus. Cf. *Σακκελίων, Κατάλογος τῶν χειρογράφων τῆς ἐθνικῆς βιβλιοθήκης τῆς Ἑλλάδος* 1892 p. 257. M. Deffner bibliothecarius benignissime etiam haec mihi retulit. Codex fol. 1—136 Con-

stitutiones fere integras exhibet; desunt particulae VIII, 32—34 (de proselytis, de feriis et diebus festis et de horis orationis) et VIII, 47 (Canones apostolorum); adiunctae sunt ab eadem manu exaratae duae particulae: *Ποῖος ποῦ τῶν ἀποστόλων ἐδίδαξε καὶ πῶς παρῆλθε* (fol. 137^r); *Ἐκ τῶν ἀποστόλων τῶν ἐβδομήκοντα τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ γεγονόσιν ὡς ἱστορεῖ Κλήμης ἐν πέμπτῃ τῶν ὑποτυπώσεων κτλ.* (fol. 137^v). Liber de haeresibus fol. 138—175 recentioris manus est. Particulae in codice Vaticano 839 interpolatae atque ab editore principe receptae desunt. De aliquot aliis locis, quos mihi quaerenti Deffner descripsit, in notis refero. De reliquo codex, qui conditionis pessimae est, ita ut permulti loci legi non possint, mihi non consulendus esse videbatur.

20. Athenensis *μονῆς Παντελεήμονος* 770, in octavo, bombycinus, saec. XIV, miscellaneus, fol. 53—56: *Περὶ τῆς ἱεραῆς μυσταγωγίας ἐκ τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων Βιβλίον ἢ ἐν κεφαλαίῳ γ' μέχρι τοῦ περὶ χειροτονίας τοῦ ἁγίου Διονυσίου τοῦ Ἀρεοπαγίτου Ἐκ τῶν Περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας λόγων κεφάλαιον γ' περὶ τῶν ἐν τῇ συνάξει τελουμένων, fol. 308—332: Διδασκαλῖαι τῶν ἀποστολικῶν διαταγῶν διὰ Κλήμεντος τοῦ ἔθνεσι ἀποσταλεῖσαι ἐν βιβλίῳις ἡ'.* Sic particulae laudatae in codice inscribuntur. Spyridion Lampros, qui in Catalogo codicum graecorum Montis Athonis II, 430 (Cantabrigiae 1900) verba refert, ea non explicat. Neque vero est dubium, particulam alteram partem liturgiae Constitutionum, alteram sententias ex opere excerptas reddere, atque ad textum recensendum neutram aliquid conferre.

21. Codices fragmenta libri VIII vel particulas liturgiae vel constitutiones singulorum apostolorum exhibentes fere innumeris sunt; cum autem liber pluribus codicibus integer tradatur, sine damno omnes praetermitti possunt. Pitra in *Iuris eccles. Graecorum Historia et Monumentis* I (1864), 46—47 multos eiusmodi codices enumeravit; alios in Catalogis librorum manuscriptorum recentioribus invenies.

IV.

Examen codicum instituturi a Vindobonensi 64 et Parisino 931 exordiemur. Quos et a reliquis pluribus in rebus discedere

et inter se maxime consentire nemo est qui ignoret. Inde a libro tertio enim titulis librorum communibus praemittunt verba *βιβλίον γ' (δ', ε' κτλ.)* adduntque numerum capitum. Titulus libri tertii exempli causa hic est: *Βιβλίον γ' ἐν ᾧ περὶ χηρῶν καὶ ὅποιαί εἰσιν ἀληθεῖς* (sic habent ambo pro ἀληθῶς) *καὶ ὄντως χῆραι ἔχον κεφάλαια κε'.* Titulus libri quarti: *Βιβλίον δ' ἐν ᾧ περὶ ὀρφανῶν καὶ ὅπως χρῆ τὸν ἐπίσκοπον προνοεῖν τῶν τοιούτων· κφ. ιδ'.* Similiter reliqui. Modo in titulo libri sexti numerus capitum non indicatur. Liber sic inscribitur: *Βιβλίον ς' ἐν ᾧ περὶ σχισμάτων καὶ στασιαστῶν, καὶ ὅτι οὔτε βασιλεία (βασιλείαν ρ) οὔτε ἱερωσύνη (ἱερωσύνην ρ) θεμιτὸν ἐπανίστασθαι· βαρὸν γὰρ τοῦτο (τούτου ρ) καὶ μεγίστης τιμωρίας ἄξιον (ἄξιος ρ).* Libros autem dividunt secundum in capita 64, tertium in 22, quartum in 14, quintum in 24, sextum in 30, septimum in 50, octavum in 34. Deinde non solum capitibus, sed etiam sectionibus minoribus multorum capitum inscriptiones affigunt, et quidem has inscriptiones secundarias fere semper in margine laterali ponunt, illas autem principales in margine superiore vel inferiore. Ad II, 25, 10 exempli gratia exhibent: *ὅτι οὐκ ἔστιν ἐλαφρὸν φορτίον ἢ ἐπισκοπή,* ad II, 25, 12: *περὶ τῶν λαϊκῶν· ὅπως χρῆ αὐτοὺς διακεῖσθαι πρὸς τὸν ἐπίσκοπον καὶ τὸν κληρὸν,* ad verba *ἀφαιρέματα καὶ δεκάται κτλ.* II, 26, 1: *ὅτι αἱ προσφοραὶ αἱ λεγόμεναι δεκάται σωτηρίου ἀρχὴ τοῦ ὀνόματος εἰσιν Ἰησοῦ· τὸ γὰρ Ἰησοῦς ὄνομα σωτῆρ ἑρμηνεύεται, ὡς καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ λέγει· αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ· τὸ δὲ α' (πρωτον ρ) στοιχεῖον τοῦ Ἰησοῦ ὀνόματος τὸ ἰωτά ἐστιν, ὅπερ τὴν δεκάτην σημαίνει,* ad verba *αἱ τότε θυσίαι* II, 26, 2: *ποῖα νῦν προσφέρεται ἀντὶ τῶν παλαιῶν θυσιῶν καὶ ἀπαρχῶν καὶ δεκατῶν καὶ ἀφαιρεμάτων,* ad II, 26, 3: *τίς ἐστιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀρχιερεὺς καὶ τίνες ἱερεῖς καὶ λευῖται.* Porro eisdem locis atque eisdem verbis indicant, alium codicem vel alios libros aliud exhibere vel versum omittere. Additamenta codicis Vaticani 839 plurima exhibentes denotant ad V, 7, 11: *ταῦτα ἐν τοῖς ἄλλοις οὐχ εὔρον,* ad V, 7, 21: *οὐδὲ ταῦτα ἐν τοῖς ἄλλοις εὔρον,* ad V, 14, 16: *καὶ ταῦτα οὐχ εὔρον ἐν τοῖς ἄλλοις,* ad V, 15, 3: *καὶ ταῦτα ἐν τοῖς λοιποῖς οὐ κεῖται,* etc. Denique lectiones codicum, ut omnis editionis Lagardianae pagina testatur, fere ubique eadem sunt. Prorsus quidem libri non consentiunt. In Vindo-

bonensi loci S. Scripturae in Constitutionibus apostolorum laudati in margine allegantur, nec vero in Parisino. In hoc desunt nonnullae lectiones variae, quae in margine illius denotantur, atque paucae inscriptiones vel inscriptionum particulae, quas ille exhibet. Denique textus quamvis rarissime differt. In universum tamen libri adeo similes sunt, ut aut ex eodem exemplari aut alter ex altero profecti esse existimandi sint, et si eos accuratius inspexeris, hoc tibi magis placebit. Revera Vindobonensis fons Parisini esse videtur. Non obstant huic sententiae loci dissimiles. Inscriptiones locorum S. Scripturae tanquam res singularis in Parisino de industria omissae esse videntur. Inter inscriptiones capitum vel aliarum particularum paucae facile praeteriri poterant. Inscriptiones ad II, 24 et VII, 2 in Vindobonensi praeterea eum locum obtinent, ut facillime oculum effugiant. Altera ex parte libri non solum fere ubique in rebus maioribus, sed saepissime etiam in minimis conveniunt. Ambo ex. gr. legunt II, 15, 1 ἡγαπημένα pro ἡγαπημένα, II, 33 inscr. ἡγήσθαι pro ἡγεῖσθαι, III, 4 inscr. ἐνδεᾶ pro ἐνδεῆ. Errores codicis Parisini multi insuper e Vindobonensi explicantur, cuius scriptura saepe eiusmodi est, ut false legi possit. Quae omnia considerans recte colligere mihi videor, codicem Parisinum e Vindobonensi fluxisse atque e numero testium delendum esse.

Etiam si autem libri fontem communem haberent, nullius auctoritatis essent. Iam quae de inscriptionibus librorum, capitum et particularum minorum retuli, librarium nimiam libertatem sibi usurpantem indicant. Sed etiam textus plurimis locis a textu reliquorum codicum ita discedit, ut eum non traditum, sed a librario compositum fuisse manifestum sit. Rem ita se habere cum editio Lagardiana passim doceat, singulis argumentis non est probandum. Modo de origine librorum vel potius codicis Vindobonensis pauca addiderim. Liber cum notas ad vitam ac mortem apostolorum spectantes contineat, quae in codice Vindobonensi altero vel vetustiore leguntur, et cum hoc etiam lectiones multas communes habeat, iure colligimus, librarium hoc exemplar in usum suum vertisse. Altera ex parte liber saepissime cum codice Vaticano 838 facit vel cum editione principe, qua ille satis accurate exprimitur, ac praesertim locos exhibet, qui non nisi illis exemplaribus traduntur. Itaque non est dubium, eum etiam ab his dependere, et cum quis

librum impressum facilius possit consequi quam manuscriptum, editio princeps librario cognita fuisse censenda est.

Codices Parisinus 1614 et Vallicellianus F 68 cum idem fragmentum operis atque eundem fere textum tradant, eiusdem familiae sunt. Fortasse etiam a familia librorum modo laudatorum dependent. Textus quidem saepius diversus est; inscriptio vero libri, cuius fragmentum exhibent, similis est inscriptioni librorum, quae illius familiae propria est; lectiones quoque plures eandem manum produnt, quae textum illius liberius formavit. Quomodo-cunque autem codices exorti sunt, neque aetas neque textus eiusmodi est, ut eos in numero testium habeamus.

Similiter codices Ottoboniani duo in textu recensendo praetermittendi sunt. Alter haud dubie ex Vaticano 839 descriptus est. Alter ex eodem exemplari fuisse videtur. Insuper talis est, ut vix legi possit.

Codices denique Constantinopolitanum et Petropolitatum 241 inter testes locum non habere iam ex eis apparet, quae supra de eis dicta sunt.

Nec vero ad textum restituendum editio princeps nobis opus est. Codices enim, quos Turrianus in manibus habuit, etiam-nunc exstant.

Codex Cretensis, quo editio nititur quemque editor in omnibus fere se secutum esse profitetur, est Vaticanus 838 (= a). Rem ita se habere haec ostendunt. Primo textus codicis et textus editionis principis mirum in modum consentiunt. Omnia praesertim, quae in codice in eoque solo interpolata vel ob homoeoteleuton aliaque ex causa omissa sunt, etiam in editione leguntur vel desunt. Deinde orthographia librorum eadem est. Ubi editor pro οὐδὲν exhibet οὐθὲν (II, 28, 8; V, 6, 10; VI, 12, 9) vel μηθὲν pro μηδὲν (II, 39, 3; V, 7, 1; VI, 27, 7), iisdem locis et codex hanc formam habet. Insuper uterque scribit II, 9, 2 ἀμαρτῶντος, II, 11, 2 δείσητε pro δήσητε, II, 18, 10 ῥύσομαι pro ῥύσομαι, et sexcenties similiter. Ante consonantes ν ἐφελκυστικὸν ab editore quidem plerumque omittitur, in codice saepissime legitur; in hoc vero, sive ab editore, sive ab alio, fere semper deletum est. Denique scholia theologica, quae Turrianus ex suo codice protulit, in Vaticano leguntur. Equidem ea in commentario ad V, 7, 18; 20, 13; VIII, 12, 30 communico.

Reliquos autem duos libros, quos etiam in manibus habuit, editioni parandae paucissima vel paene nihil contribuisse editor ipse declarat. Ceteroquin neque hi plane desunt.

Alter codex sine dubio Vaticanus 2088 (= b) est, in quo lectiones singulares fere omnes leguntur, quas Turrianus in Prolegomenis fol. 17^v exscripsit scilicet *πρέπον* vel potius *πρέπων* pro *ἰντροόιτον* II, 57, 13, *ἐπιμελούμενος* pro *ἐπιστρεφόμενος* II, 60, 1, *πυκνωῶς συντρέχειν* pro *πυκνάζειν* II, 60, 4, *βαπτίσατε* pro *μνήσατε* VII, 25, 7. Quinta codicis lectio, cuius mentionem fecit, sc. *ἐπαρθεῖς καὶ τυφωθεῖς* pro *κεφωθεῖς*, quod verbum I, 7, 7 legitur, hodie quidem non apparet. Deest autem lectio in Vaticano 2088 haud dubie, quia liber tempore progrediente mutilus fiebat ac praesertim folia priora, quae eam continebant, deperdebantur. Turrianus saltem se codicem integrum habuisse satis clare annuit, ne verbo quidem librum magna parte carere dicens; et lectionem ad VIII, 3, 1 margini adscriptam *ἐν ἄλλοις*, non *ἐν ἄλλῳ* solum, exhiberi notans prodit, omnes suos codices etiam illam partem amplexos esse. Nec vero lectiones in Prolegomenis commemoratae tantum in Vaticano nostro inveniuntur, sed etiam eae, quae margini adscribuntur, et quidem, quod est maximi momenti, eae, quae *ἐν ἄλλοις* seu in duobus reliquis libris exstare dicuntur, omnes, earum, quae ad unum librum referuntur, maior sane pars, eaeque notabiliores, ex. gr. II, 13, 5 *θεὸς* pro *θεῶ*, II, 20, 7 *ὑπὸ ἀνοίας*, quod in a et T (= textu Turriani) deest, II, 57, 12 *τὰ τέκνα ἔχουσαι* pro *τεκναροῦσαι* a T, V, 10, 1 *ὄρμας* pro *ὄργας*, VI, 5, 6 *βραχῆ* (*βραχὺ*) *ἀντίκειτο* pro *ἀντέκειτο*, VI, 8, 1 *Στρατόνικος* pro *Σατορνίλος*, VI, 14, 4 *λήμμα* pro *ὑπόλειμμα*, VI, 16, 4 *μαθητῶν καὶ υἰῶν καὶ κληρονόμων* pro *μαθητῶν*, VI, 27, 2 *καὶ εὐχαριστίας καὶ* pro *καί*, VII, 18, 2 *ἀντιποιηταὶ* pro *ποιηταί*. Accedit, quod verba *διότι μετὰ πίστεως καὶ φόβου θεοῦ οὐκ ἦλθε φυλάξαι τὴν ἐπαγγελίαν*, quae Turrianus III, 1, 2 addit nihil de eorum origine dicens, illo loco non nisi in codice b leguntur. Nonnullae quidem lectionum unius codicis in libro nostro non inveniuntur. At considerandum est, eas non modo ad alterum, sed etiam ad tertium Turriani codicem referri posse, et ex argumentis allatis iam certissime apparet, librum Turriani alterum esse Vaticanum 2088. Cum editor libro principali descripto de reliquis pauca dicens nostrum priorem appellet, codex idem esse videtur cum eo, quem

ante e Calabria se accepisse exposuit. At haec fortasse minus accurate dicta sunt.

Qui tertius fuerit Turriani liber, difficilius est ad definiendum. In Prolegomenis de eius textu editor nihil certi dicit. Notae marginales nec crebrae nec satis distinctae sunt, cum fons, e quo fluxerunt, non accuratius designetur et lectiones unius libri ad hunc vel illum codicem referri possint. Praeterea codices Vaticani vetusti 1056 et 2089, qui supersunt, nunc parte priora tertia vel dimidia carent, cum Turrianus nota II, 5 margini adposita prodat, omnes suos libros partem illam amplexos esse, atque textum insuper simillimum praebent. Attamen conicere licet, editorem unum ex illis libris legisse. Lectiones, quae in partibus librorum nobis servatis margini adscriptae ad duos codices referuntur, omnes in utroque exstant. Uterque insuper lectionum unius codicis praeter paucas, quas Vaticanus 2088 quoque exhibet, has praebet: VI, 28, 2 ἀσέλγεια pro ἀμαρτία, VII, 31, 1 εὐλαβεῖς pro εὐσεβεῖς T, VII, 33, 4 ἐξ ὑπαρχούσης pro ἐξ ὑπαρχῆς, VII, 34, 2 ἐνθυμήσει pro δυνάμει T. Uter autem revera Turriano praesto fuit? Vaticanus 2089 partes libri VIII liturgicas omittit, cum Turrianus de hac re nihil dicat. Exhibet autem duas lectiones margini editionis principis adscriptas, quae in codice 1056 non inveniuntur, scilicet VII, 11 inscr. ὀλιγοπίστου pro ὀλιγοψύχου, et VII, 33, 3 ἀνυπόλου pro ἀνύπουλος, et illa maioris momenti est, quia ad codicem Vaticanum 2088 capitibus carentem referri nequit. Itaque Turrianus etiam codicem Vaticanum 2089 adhibuisse censi potest.

Nonne Turriani codex tertius autem illis quidem simillimus, nec vero cum uno vel altero idem fuit? Quod quis coniecerit, cum editor princeps ad verba ἡμετέραν γνώμην VI, 16, 1 adnotet lectionem ὑμετέραν γνώσιν, quae in nullo codicum laudatorum exstat, et ad V, 19, 2 lectionem, quam libro Ottoboniano traditam in notis exscripsi. Ad hunc librum vero ea non quadrant, quae Turrianus de tertio suo codice in Prolegomenis dicit, scilicet eum vetustum esse. Itaque potius censuerim, Turrianum huius codicis vel alius similis notitiam nactum esse, cum liber iam imprimeretur. Simili modo etiam lectio ὑμετέραν γνώσιν, fortasse autem e mendo editoris explicanda esse videtur. Ut autem haec res se habet, certe tertius Turriani codex non tanti ponderis erat, ut eius causa lectiones editionis principis exscribendae essent.

Restant nobis codices decem vel undecim, si etiam Barberinum numeramus, qui particulam libri VIII continet. Inter eos quatuor, scilicet Vindobonensis 73, Petropolitanus 254, Ambrosianus G 64 sup., Atheniensis, unam familiam efficiunt. Similiter inter se conveniunt atque a reliquis discedunt. Neque tamen ipsi aequales sunt. Primum locum obtinet Vindobonensis, infimum Petropolitanus, inde a parte libri VII altera plura omittens ac saepius textum valde adulteratum exhibens.

Deinde unius familiae sunt codices Vaticani 1056 et 2089. Eidem prope ad illam familiam accedunt. Cum autem plures locos, quos in ea mutatos fuisse infra videbimus, adhuc integros exhibeant, saltem Vaticanus 1056, cum alter particulis locos illos continentibus iam maiore ex parte careat, stirpem vetustiore repraesentant.

Medius inter illas classes est Hierosolymitanus, plurimos ex locis laudandis etiam integros, duos vel tres iam adulteratos tradens.

Vaticanus 838 omnibus illis locis lectionem rectam servavit. Altera ex parte plura habet, quae apud omnes alios testes desiderantur et haud dubie interpolata sunt, scilicet II, 6, 15; 13, 3; V, 1, 8; 7, 11. 12. 21; 14, 16; 15, 3; VI, 3, 1; VII, 8, 6.

Locum singularem denique libri Vaticanus 2088 et Bodleianus obtinent. Inter omnes codices textum corruptissimum praebent. Quamvis autem foedati non omnino spernendi sunt. Haud pauca quidem in eis mutata, sed etiam multa fideliter transcripta sunt.

Cui codici autem vel cui familiae in textu restituendo maxima auctoritas attribuenda est? Lagarde codices Vindobonensem 73 et Petropolitanum, qui praeter Vindobonensem alterum et Parisinum 931 soli ei praesto erant, fere ubique secutus est. Haud dubie autem erravit. Non solum reliquos codices vetustos et vetustiores non cognitos habuit, sed etiam non intellexit, illos multis locis textum deteriore exhibere quam editionem principem. Qui adnotationes criticas diligenter inspexerit, id facile animadvertet. Hoc loco pauca monuerim. Codices illi habent II, 26, 5 *καθάπερ αἱ δυνάμεις τῷ θεῷ*, reliqui *ὡς ὁ Χριστὸς τῷ πατρὶ*, sc. *παριστάσθω ὁ διάκονος τῷ ἐπισκόπῳ*, V, 7, 18 *ἃ ἠθέλησεν Χριστὸς* : *ἃ προσετάγη Χριστὸς*, VI, 14, 2 *προσκυνεῖν καὶ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰ. Χριστὸν καὶ τὸ πανάγιον πνεῦμα* : *προσκυνεῖν*

διὰ Ἰ. Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐν τῷ παναγίῳ πνεύματι, VII, 38, 8 σέβας μετὰ Χριστοῦ καὶ πνεύματος ἁγίου : διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, VIII, 6, 11 ὁ τοῦ παρακλήτου προβολεύς : ὁ θεὸς τοῦ παρακλήτου, VIII, 37, 2 ὁ τοῦ πνεύματος προβολεύς : ὁ τοῦ πνεύματος κύριος. Quae lectiones rectae sint, non pluribus est demonstrandum. Patet, textum codicum illorum librarii esse, qui verbis Constitutionum offensus est, ita ut ea mutaret. Primo loco sive II, 26, 5 ratio insuper ex eo apparet, quod textus vulgatus propius ad Didascaliam accedit. Locis illis alii plures adiungi possunt. Cf. II, 55, 1; VI, 15, 4; 30, 10; VIII, 5, 7. Sed ex allatis iam satis apparet, codices in manus incidisse, quae parum fide dignae sunt.

Neque Hierosolymitanus dux haberi potest. Minus quidem adulteratus est quam illi, maiorem locorum modo laudatorum partem recte tradens. At tribus saltem locis, praesertim ad spiritum sanctum spectantibus, corruptus est. Textus insuper vitiis minoribus satis abundat.

Inter codices Vaticanos unum parvae auctoritatis esse iam ex eis elucet, quae supra de eo dicta sunt. Etiam duo, qui Vindobonensi et Petropolitano propinquiores sunt, crebrioribus vitiis laborant, praeterea maiore operis parte carent, maxime Vaticanus 2089, quam qui in textu recensendo primum locum obtinere possint. Palma haud dubie Vaticano 838 adjudicanda est. Liber quidem interpolationibus pluribus corruptus est. Additamenta autem maxima ex parte non alia sunt ac loci S. Scripturae, inserti ad argumenta biblica augenda. Uno loco (VI, 3, 1) Constitutiones ipsae causam textus emendandi paene iustam praebent. De cetero non animadvertimus librarium de consilio textui manus intulisse. Codex potius optimae notae est, eumque textum in universum fidelissime servasse inprimis Didascalia et Didache probant. Praeterea liber solus opus fere integrum servavit, Constitutiones una cum Canonibus apostolorum. Iure itaque hunc textum recensens tanquam fundamentum adhibuisse mihi videor. Inprimis in scriptura vel ponendo *ν ἐφελκυστικὸν* et eiusmodi eum secutus sum. Atamen caute eum duxi. Ubique reliquos testes diligenter consului, ne nimiam fidem illi haberem.

Testes autem sunt non solum codices graeci, sed etiam Didascalia apostolorum et versiones Constitutionum orientales.

Didascalia in ea saltem parte operis respicienda est, quam Constitutor intactam reliquit, versiones illae etiam in particulis interpolatis vel mutatis. Testes cum scripturam alieno sermone tradant, versiones Constitutionum praeterea non ex exemplari graeco, sed ex aliis versionibus fluxisse videantur, aethiopica ex arabica, arabica e coptica, non magni ponderis sunt. Nonnunquam autem cum codices graeci pari fere auctoritate alii contra alios stent, in textu definiendo adiumentum gratum praebent. Minimi pretii est ex ratione iam dicta Didascalia aethiopica (= B). Cum autem typis impressa fuerit, facile eam quisque potest consequi. Edidit eam vel potius capita I—XXI et initium capitis XXII (C. A. I—IV, 13, 1), quae sola in codice Societatis biblicae Londinensis exstant, translatione anglica addita Th. Pell Platt.¹

Didascalia arabica (= A) cum uno tantum membro a textu graeco distet, maioris momenti, sed praeter paucas particulas, quas Abraham Ecchellensis libro inseruit, qui inscribitur: Euty-chius patriarcha Alexandrinus vindicatus 1661, et alias, quas equidem in libro meo de Constitutionibus apostolorum 1891 p. 217—21; 226—36 germanice atque in volumine huius operis altero p. 120—136 latine versas edidi, hucusque non publicata est. Duae recensiones discerni possunt. Altera Constitutiones I—VI amplectitur et hanc scripturam non integram exhibet, sed aliquot particulas omisit, praesertim V, 13—16 et VI, 7—29, inde a libro III ordinem mutavit et altera ex parte sex capita adiecit, ipsa autem codicibus ordinem Constitutionum III—VI diverse mutantibus et particulas alienas diversis locis ponentibus in plures classes dividitur. Duas classes, eam, quae plurimis codicibus traditur, et eam, quam Wansleben² legit, in libro commemorato p. 222—24 descripsi, alias Guil. Riedel³ exposuit. Altera recensio Constitutiones I—VII exceptis capitibus 47 et 48 libri VII amplectitur et hanc scripturam accurate reddit, ordinem non mutans neque aliena addens praeter prologum, qui etiam illi recensione praefixus est. Haec recensio haud dubie primigenia est; traditur codice K IV 24 Musei Borgiani, et nuperrime ab Antonio Baumstark detecta

¹ *The Ethiopic Didascalia or the Ethiopic version of the Apostolical Constitutions.* Londini 1834.

² *Histoire de l'église d'Alexandrie* 1677.

³ *Die Kirchenrechtsquellen des Patriarchats Alexandrien* 1900 p. 28—32.

et in ephemeride Oriens christianus III (1903), 201—208 descripta fuit. Cum alteri recensionis praestet, doleo, quod nondum notitiam eius ampliorem habemus. Verumtamen minime dubito, me sine detrimento notabili ea carere posse. Constitutiones I—VI etiam in altera recensione leguntur, et liber VII codicibus graecis ita traditur, ut de textu fere nusquam suspicio moveatur. Illa autem recensio mihi praesto fuit in versione germanica, quam Dr. Dannecker e codicibus Parisinis confecit quamque benignissime mihi communicavit. Consului eam, ubicunque ad textum constituendum necessaria vel utilis esse videbatur.

Liber VIII Constitutionum maxima ex parte apud Orientales in scriptura recepta fuit, quae dicitur Canones apostolorum et partim in LXXI partim in LXXVIII (LXXIX) particulas seu canones dividitur, et in scriptura, quae octo libros numerans efficit Octateuchum Clementinum alterum et a graeco nostro seu Constitutionibus apostolorum discernendum. Textum Canonum illorum thebaicum seu sahidicum Lagarde¹ edidit, I. Leipoldt² eum in linguam germanicam transtulit addiditque plura scripturae fragmenta e codice hucusque ignoto, Parisino Copte 130, 3; textum Octateuchi illius boheiricum seu memphiticum versione anglica addita H. Tattam³ publicavit. G. Horner⁴ textus arabicum et aethiopicum edidit eosdemque aequae ac textum sahidicum sermone anglico interpretatus est. Plures alii textus a viris doctis saltem describebantur, ex. gr. Octateuchus syriacus ab Ignatio Rahmani patriarcha Antiocheno⁵ secundum codicem, e quo Testamentum Domini nostri edidit, ab Antonio Baumstark⁶ secundum codicem Musei Borgiani El. sep. V. Liber VI Octateuchi syriaci (= Constit. apost. VIII, 27—28; 30—31; 32, 18—19; 33—34; 42—46; 32, 1—17) a Paulo de Lagarde⁷ e codice Parisino Didascaliam

¹ Aegyptiaca 1883 p. 209—91.

² *Texte und Untersuchungen* edd. O. de Gebhardt et A. Harnack nov. ser. XI, 1^b 1904. Cf. *Theolog. Quartalschrift* 1904 p. 429—42.

³ *The Apostolical Constitutions or Canons of the Apostles in Coptic* 1848.

⁴ *The Statutes of the Apostles or Canones ecclesiastici edited with Translation and Collation from Ethiopic and Arabic MSS.; also a Translation of the Saidic and Collation of the Bohairic Versions; and Saidic fragments* 1904.

⁵ Testamentum Domini nostri 1899 p. X—XI.

⁶ Oriens christianus I (1901), 120—22.

⁷ Reliquiae iuris eccles. antiquissimae syr. 1856.

exhibente fere totus etiam editus est; deest particula paenultima tantum (= Const. VIII, 46). Mihi versiones orientales, cum liber VIII optime codicibus graecis tradita sit, iuste praetermittendae esse videbantur. Modo ad caput 47 seu Canones apostolorum eas adhibui.

Libri VIII maxima pars insuper in scriptura graeca supra p. XVIII commemorata (= E[pitome]) exstat, quae libro illi propinquissima, sive eius fons sit sive ex eo fluxerit, in textu recensendo non est negligenda. Textus scripturae in tomo II huius operis p. 72—96 ipse publicatur.

De apparatu critico haec animadvertas velim. Lectiones codicum graecorum ad rem seu sensum pertinentes omnes in eo commemorantur. Menda autem orthographica et praesertim ex ithacismo exorta fere nusquam notavi. Neque de *ν ἐφελκυστικῶ*, ὁ vocabulis *οὕτω*, *ἄχρι* et *μέχρι* adiuncto, *ἰῶτα* adscripto (subscriptum codices non habent) rationem reddidi. Sufficiant ea, quae codices describens de his rebus dixi. Codicum porro Petropolitani (p) et Vindobonensis (v) nonnisi lectiones insigniores exscripsi, praesertim eas, quas uterque liber vel alter una cum Ambrosiano (m) exhibet, vel eas, quas Lagarde fere semper secutus est, ita ut inde appareat, quomodo textus Lagardianus a meo universe saltem divergat. De reliquis illorum codicum lectionibus lectorem ad editionem Lagardianam remitto, in qua numeris et inscriptionibus capitum exceptis omnia diligentissime et amplissime denotata sunt, etiam omne *ν ἐφελκυστικὸν* et iota adscriptum; paucissima tantum praetermittuntur vel false leguntur, ita ut codices ex ea accurate cognosci possint. Denique codicis Vaticanus 2088 (b) pars prior vel ea, quam etiam codex Oxoniensis (o) ei propinquissimus exhibet, diligenter descripta est; in parte posteriore autem vel inde a capite 23 libri VI, cum liber barbarus sexcenties manifeste aberret, eae lectiones tantum mihi communicandae esse videbantur, quae alicuius momenti sunt vel in aliis quoque codicibus exstant.

Apparatus critico subiunxi commentarium. Constitutiones praecipue ex aliis scripturis veteribus vel locis parallelis illustrandae erant, quorum multos me Cotelerio debere profiteor, viro de litteris christianis optime merito ac nunquam satis laudando.

In textu scripturae I—VII, 32, ubi duae partes discerni possunt, quarum altera e Didascalia et e Didache transumpta, altera ab auctore profecta est, in libris I—VI ea, quae Constitutoris sunt, in libro VII autem ea, quae Didaches sunt, linea subdita notavi, ut lector statim perspiciat, quomodo illi libri transformati fuerint vel quae Constitutor de suo addiderit.

V.

Superest, ut de partitione operis pauca dicam.

Opus in libros octo divisum nobis traditum est, et in fine vel in canone LXXXV ipsum se ita distinctum designat. Didascaliae orientales, arabica et aethiopica, quae Constitutiones I—VI reddunt, non in libros sex, sed in plura capita divisa sunt. Inde autem vix colligendum est, illam partitionem non auctoris operis esse; sed verisimilius est, auctorem Didascaliae arabicae eam non sufficientem habuisse atque accuratorem instituisse.

Libri octo praeterea in omnibus codicibus, excepto Vaticano 2088 et fortasse Oxoniensi, in capita dividuntur. Hanc partitionem autem non auctoris esse, sed alicuius posterioris, satis apparet.

Similiter libri impressi opus in libros ac capita divisum tradunt, atque in universum eadem capita exhibent, cum libri manuscripti hac in re paulum inter se divergant. Editorem principem enim posteriores secuti sunt, inprimis Cotelerius, nisi quod menda illius typographica correxit et in libris V et VII numerum capituli I in initio librorum posuit, cum Turrianus eum paulo post exhiberet.¹ Itaque de partitione recepta vel vulgata dici potest. Quae cum partitione codicibus tradita quidem non plane consentit. Cum autem per saecula plura usitata fuisset, mihi servanda esse videbatur. Neque vero eam omnino retinui. In editionibus aequae ac in codicibus plura capita loco prorsus inepto incipiunt (cf. I, 3; II, 25. 26. 31; VI, 25). Itaque ubi necessarium vel consentaneum esse videbatur, initium capituli loco paulo priore vel posteriore posui, scilicet I, 1. 3. 5; II, 23. 25. 26. 31. 33. 38. 44. 53. 61; III, 8; IV, 3; V, 15. 19. 20; VI, 19. 25. 28; VII, 12. 13. 28. 33. 39. 41. 42. 44. 45; VIII, 6—11. 13—15. 36—41, et epilogum operis

¹ Lagarde caput 63 seu ultimum libri II non signavit, in libro VIII capita 12 et 13 in unum contraxit, numerum 37 autem omisit, ita ut inde a capite 38 eius editio cum reliquis iterum consentiat.

insignivi numero 48. Capita huius editionis igitur cum capitibus editionum priorum universe consentiunt; modo non semper accurate eodem loco incipiunt. Ubi vero viam novam ingressus sum, numeri capitum veteres uncinis () inclusi suis locis adpositi sunt. Cf. I, 1, 2; 3, 2; 5, 2 etc.

Sin autem editores priores in tantum sequi potui, altera ex parte capita in versus mihi dividenda esse videbantur. Qua in re etiam Didascalia respicienda erat, ut consensus scripturarum manifestior fieret.

Inscriptiones capitum in commentario pono, non in apparatu critico, et textui graeco adiungo versionem latinam. Lectiones codicum varias uncinis inclusas addo, nec vero omnes, cum particulae non auctoris operis sint, sed notabiliores tantum.

Dixi, capita non in omnibus codicibus eadem esse neque editiones eundem ordinem capitum exhibere ac codices vel potius Vaticanus 838, cuius ab ordine editiones dependent. Ordo codicum Vaticani 838, Petropolitani ac Vindobonensis etiam accuratius describatur.

Cum ille aequae atque editiones librum primum in capita X distinguat, hi capita XI habent; caput VIII enim in duo dividunt, versu 17 caput IX incipientes et sic inscribentes: *Περὶ τοῦ μὴ καλλωπίζεσθαι γυναῖκα πιστὴν καὶ ὅπως αὐτὴν ἐν ἀγορᾷ καὶ πανταχοῦ διαγίνεσθαι χρή.*

In libro secundo eidem duo codices capita IX, X et XII non agnoscunt. Caput XI igitur est eis IX, XIII = X, XIV = XI et sic deinceps usque ad caput XLIII vel XLIV, unde codices ipsi inter se discedunt. Vindobonensis ordinem illum persequitur. Capita LX et LXI quidem non denotantur, locum autem trium capitum obtinent, cum capita duo ultima vel LXII et LXIII numeris ξ' et ξα' inscripta sint. Petropolitani capita XLIII et LIV non agnoscit. Itaque caput XLIV in eo est XL, LV = L et similiter usque ad caput LIX, post quod plura capita non quidem ponuntur, sed numerantur, cum capita LXII et LXIII in codice sint νε' et νε'. Nonnulla capita codices praeterea alio loco incipiunt atque editiones vel Vaticanus, scilicet XV v. 2, XXXIX v. 4; Petropolitani insuper XL verbis *μὴ κοινωνεῖτωσαν* XXXIX, 5.

Libri tertii caput VI codices eidem in duo distrahunt, v. 3 caput VII incipientes et inscribentes: *Ὅπως αἱ χῆραι μεμετρομηέναις ὀφείλουσιν ἔχειν τὰς προόδους.* Inde a capite VII igitur numero editionis unum addunt. Codex Vaticanus non solum illud caput dividit, sed etiam XV, quare caput ultimum vel XX est ei XXII. Capita nova autem in Vaticano inscriptione carent. Qua de causa Turrianus, caput quodque inscribens, ea praetermississe videtur.

Capita libri quarti in editione et in codicibus eadem sunt.

Libri quinti caput I codices illi tres rursus dividunt, versu 3 caput II ponentes, nec vero inscribentes. E capite XIV porro, quod est eis XV,

quinque capita efficiunt. Itaque caput XVI est eis XX, caput XX vel ultimum XXIV. Inscribunt c. 14, 2: *ιζ' περι' Ιούδα τοῦ προδότου*, c. 14, 7: *ιζ' ὅτι οὐ συμπαροῦν Ιούδας ἐν τῷ τὸν κυρίον παραδιδόναι ταῖς μαθηταῖς τὰ μυστήρια*, c. 14, 9^b: *ιη' τὰ περι' τὸν σωτήρα προελθόντα ἐν τῷ οἴκῳ Καιάφα καὶ Ἄννα καὶ παρὰ Πιλάτω*, c. 14, 12^b: *ιθ' ἀπόδειξις τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων ἐκ γραφικῶν μαρτυριῶν*. Hoc modo etiam codicem Vaticanum sectionem illam partitum esse numerus capitis XVI demonstrat, qui ei est *κ'*. Expresse autem codex nihil exhibet nisi inscriptionem primam eamque succinctam, scilicet verba *περι' τοῦ Ιούδα*, et numerum *ιζ'* atque inscriptionem ad hoc caput attinentem. Unde partitio editionis principis facile explicatur. Turrianus libri caput I praeteriit, quia, et quidem in omnibus codicibus, inscriptione caret, et ubi codices secundum exhibent, primum posuit. Capiti XIV ea inscripsit, quae in codice Vaticano legit, cum inscriptione propria vel prima duas sequentes coniungens.

Librum sextum codices eodem modo partiuntur atque editiones.

In libro septimo e parte capitis I altera et parte capitis II priore caput II efficiunt. Pars igitur capitis II altera est eis caput III, caput III = IV et similiter deinceps. Capita XLVII--XLIX Vindobonensis quidem inscribit, nec vero numerat; linea ornata ea a praecedentibus separat, ita ut quasi locum appendicis libri obtineant. Petropolitanus cum maiorem huius libri et sequentis partem omiserit, iam non est respiciendus.

In libro octavo codices cum inter sese tum ab editionibus maxime divergunt. Nonnulla tantum exscribenda esse videntur. Cum priora capita cum editionibus consentiant, caput IX est codicibus Vaticano et Vindobonensi XII, X = XIII et similiter usque ad caput XXXII = XXXV. Cuius capitis singulas sententias numerantes codices numerum capitum multo adaugent. Vaticano caput XXXV est LIV, XLII = LXV; Vindobonensi XXXV = LV, XLII = LXVI, XLVI = LXXI.

D.

CANONES APOSTOLORUM.

Cum Canones apostolorum a Constitutionibus separati collectionibus canonum vulgarentur, nonnunquam evenit, ut in illo opere aut omnes aut plures saltem omitterentur. Accedit, quod nonnulli Constitutionum codices fine mutilarentur. Revera duo tantum Canones omnes amplectuntur, Vaticani 839 et 1506, et ultimum ne ille quidem integrum. Vaticanus 2089 iam in canone IX desinit. Petropolitanus quinquaginta canones tantum selectos tradit. Vaticanus 2088, Vindobonenses, Parisinus 971 eis omnino carent. Illis codicibus autem adiungitur Barberinus III, 35 iam laudatus, cui praeter capita Constitutionum de ordinationibus agentia etiam canones plures debemus.

Quae cum ita sint, libri quoque ad textum restituendum adhibendi sunt, qui collectiones canonum continent. Tabulam eorum confecit Pitra in tomo priore Historiae et monum. iuris eccles. Graecorum p. 3 sq. Attamen non omnes enumeravit, sed eos tantum, qui aut praestantiores aetate sunt aut minus cogniti aut notabiliores singulari quadam ratione. Equidem nonnisi parvam partem conferre potui. Inde vero editio vix detrimentum cepit. Libri, quos legi, mihi textum communiter optime servatum esse demonstrabant. Fundamentum textus recensendi praeterea non codices huius classis constituunt, sed potius ii, qui opus auctoris Canonum ipsum vel Constitutiones praebent. Cum Canones a Constitutionibus separarentur et collectionibus canonum insererentur, summatim quidem summa diligentia describebantur, verba autem vel forma non aequae observabantur. Quae vim sententiarum non tangebant, facile mutari poterant; quae opus quidem universum spectabant, particulae vero separatae non conveniebant, etiam mutanda erant.

Codices, quos conferre mihi licuit, hi sunt.

1. Vaticanus 1980 (= α), membranaceus, forma IV, saec. XII, foliorum 195, post epitomen libri VIII Constitutionum (f. 5—17) et Capitula Constitutionum (f. 17^r—18^v) f. 18^v—28^r Canones apostolorum exhibens.

2. Vaticanus 1168 (= β), membranaceus, forma IV, saec. XI, foliorum 160, fol. 147—153 Canones tradens, nonnullos autem omittens vel ordine inverso ponens.

3. Vaticanus 827 (= γ), membranaceus, in folio, saec. XI—XII, foliorum 245, fol. 21—26 Canones ap. continens, fol. 3 etiam caput Constitutionum praecedens vel caput epitomes libri VIII ultimum usque ad verba ὑποδιάκονοι καὶ ἀναγνώσται v. 13 exhibens et quidem inscriptum *Κανόνες ἐκκλησιαστικοὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἀποσταλέντες διὰ Κλήμεντος*.

4. Palatinus 376 (= δ), chartaceus fol. 1—17 saec. XV, fol. 18—289 membranaceus saec. X, fol. 1—13 Canones apostolorum continens ac pluribus addens scholia. Cf. Stevenson, Codices mscr. Palatini graeci 1885 p. 243.

5. Vallicellianus F 10 (= ϵ), membranaceus, forma IV, saec. XII, fol. 252, post duos libellos in volumine II huius operis impressos, sc. Capitula Constitutionum triginta (f. 22—23) et

Canones apostolorum in synodo Antiochena emissos (f. 24—25), et pauca alia Canones apostolorum proprie dictos fol. 29—37 exhibens inscriptos *περὶ εὐταξίας κανόνες τῶν ἁγίων ἀποστόλων*.

6. Vallicellianus F 47 (= ζ), membranaceus, forma VIII, saec. XII, fol. 25—31 Canones continens.

7. Barberinus III, 42 (= η) membranaceus, forma VIII, saec. XI, fol. 137—144 Canones tradens, quos sequuntur *Διάταξις τῶν ἁγίων ἀποστόλων περὶ καρποφοριῶν*, scilicet Capitula Constitutionum XXVIII et XXX, *Τῶν ἁγίων ἀποστόλων Πέτρον καὶ Παύλον διάταξις* = C. A. VIII, 33, Nicaenae synodi canon III, sectiones libri I Constitutionum de barba et capillis.

8. Florentinus vel Laurentianus Plut. IX, 8 (= θ), membranaceus, in folio, saec. XI, foliorum 354, olim Balsamonis patriarchae Antiocheni † c. a. 1200, post epitomen libri VIII Constitutionum (f. 20—29) f. 29—34 Canones apost. praebens. Cf. Bandini, Catalogus codd. mscr. Biblioth. Medic. Laur. I, 396.

9. Monacensis 380 (= ι), chartaceus, in folio, saec. XIV, paginarum 568, pag. 153—161 Canones tradens atque pluribus scholia adiungens, quae publicavit Lagarde in Reliquiis iuris eccles. antiqu. gr. 1856 p. 20—35. Cf. Hardt, Catalogus codd. mscr. graec. Biblioth. Reg. Bavar. IV, 131—183.

10. Parisinus 1614 (= λ), supra p. XXX descriptus. Exhibet maiorem Canonum partem fol. 32—37. Ordinem quidem plane invertit, incipiens canone 21 et postremo loco ponens canonem 32, et textum saepe corrumpit; nonnullos autem canones fidelius servavit quam reliqui codices huius classis.

11. Parisinus 1320 (= μ), membranaceus, forma IV, saec. XI, foliorum 292, Canones ap. fol. 59—63 exhibens.

12. Parisinus 1324 (= ν), membranaceus, in folio, duabus columnis scriptus a. 1105, foliorum 389, Canones ap. fol. 51—58 tradens.

13. Parisinus 1334 (= ξ), membranaceus, in folio, saec. X, foliorum 313, Canones ap. fol. 49—53 continens.

Codices huius classis universos designo littera K. Cum crebriores sint atque secundum gradum teneant, non omnes lectiones exscribere ausus sum, timens, ne nimium spatium rebus levioribus usurpem. Lectiones librorum singulorum, nisi alicuius momenti esse videbantur, omisi. His codicibus etiam Petropolitanus 254

adnumerari potest. Cum enim ubique fere cum eis consentiat et Canones apostolorum non protinus Constitutionibus adiungat, sed eis Legem apostolorum canonicam (cf. vol. II p. 150—153) praeponat, iure conicere licet, eum hanc scripturam non operi universo vel Constitutionibus, sed collectioni canonum debere. Nolui autem eum a testibus separare, cum quibus Constitutiones tradit.

Praeter codices manuscriptos ad textum restituendum etiam libri impressi plures subsidia praebent. Primum locum obtinet collectio canonum Ioannis Scholastici Antiocheni, annis 565—577 patriarchae Constantinopolitani, quam Voellus et Iustellus in Bibliotheca iuris canonis 1661 p. 499—602 e codice Collegii Claramontani Parisiensis ediderunt. Canones apostolorum exceptis tribus, scilicet 2, 13, 82, omnes operi inserti sunt. Non omnes quidem accurate e Constitutionibus derivati sunt. Nonnunquam vero hanc collectionem verba Constitutionum fidelius servare quam ceteras iam canon I probat; particula *τοίνυν*, quam Ioannes isque inter collectores canonum graecos solus ibi exhibet, certe ad Constitutiones referenda est, quibus Canones adiungit, cum in exordio scripturae locum consentaneum non habeat. Scriptura si castigatior nobis proposita esset, haud dubie etiam propius ad Constitutiones accederet. Pitra in Iuris eccles. Graec. historia et monumentis I, 14—16 plures lectiones publicavit a textu vulgato differentes et cum textu Constitutionum consentientes. Equidem codices aliquot inspiciens idem inveni. Paucas lectiones notavi; cf. can. 80 et 85. Quamdiu textus non ab omnibus partibus correctus est, editionem illam adhibeamus oportet. Designo collectionem I.

Accedunt Canonum versiones veteres. Una, scilicet arabica, hucusque non nisi libris manuscriptis cognita est. Quatuor autem vel quinque, cum syriacae duo exemplaria exstant, typis expressae sunt, scilicet

1. Latina Dionysii Exigui (= L) canones quinquaginta priores amplectens, optime edita in fasciculo primo Ecclesiae occidentalis monumentorum iuris antiquissimorum, quem C. H. Turner a. 1899 publicavit; vel potius duae Dionysii interpretationes, quae autem ad verbum fere ubique consentiunt; modo ea, quam Turner primus in lucem produxit, canones 49 tantum numerat, canones 26 et 27 recensione vulgatae in unum contrahens.

2. Syriaca (= S), quam Ebed Iesu Nomocanoni inseruit atque A. Mai una cum interpretatione latina in *Scriptorum vet. nov. collect. tomo X* 1838 p. 8—17 edidit;

3. Syriaca altera (= Sl), quam Lagarde ex eodem codice Parisino, cui debemus Didascaliam apostolorum, in *Reliquiis iuris eccles. antiquissimis syr.* 1856 p. 44—60 publicavit;

4. Coptica (= C), quam primus addita versione anglica edidit Tattam, *The Apostolical Constitutions or Canons of the Apostles in Coptic* 1848 p. 173—212, deinde Lagarde, *Aegyptiaca* 1883;

5. Aethiopica (= A), quam W. Fell, *Canones apostolorum Aethiopice* 1871, publici iuris fecit ac versione latina illustravit.

Versiones ad lectiones tenuiores quidem constituendas pauca contribuunt. Neque vero neglegendae sunt. Nonnullos canones fidelius tradiderunt quam collectiones graecae. Collationem vel interpretationem versionum syriacarum accuratam Dr. Dannecker mihi paravit.

Iam dixi, codices Canones una cum Constitutionibus tradentes in textu recensendo duces esse habendos. Canones autem enumerantes non eos sequi debemus, cum aut nullos aut falsos numeros ponant, sed potius ceteros scripturam haud dubie rectius disponentes. Modo scriptura ineunte libri illi ordinem rectius tradere videntur. Verbum *χειροτονείσθω* non repetentes de ordinatione episcopi et reliquorum clericorum simul vel uno canone agunt, non duobus, sicut collectiones canonum, cumque versione syriaca Lagardiana approbentur, illos secutus sum. Cum autem altera ex parte numerus canonum LXXXV, quem iam Ioannes Scholasticus expresse testatur, servandus sit, canonem proximum vel tertium collectionum interpretem latinum sequens in duos divisi. Ceteroquin non solum codices graeci, sed etiam versiones numeros diversos praebent. Versio syriaca ab Ebed Iesu tradita canones 12 et 13 atque 49 et 50 in singulos contrahens habet in universum canones 83; versio syriaca Lagardiana 82 insuper canone 48 omisso; versiones coptica et arabica 56. Liber synodi Aethiopum quatuor collectiones vel recensiones habet, quarum duae canones 56, duae canones 81 numerant. Cf. quae in libro de Constitutionibus apostolorum p. 262—265 exposui.

SIGLA.

I. DIDASCALIA.

L	versio latina vetus.
S	versio syriaca (codicis Parisini).
Sc	versionis syr. cod. Cantabrigiensis.
Sm	„ „ „ Mesopotamicus.
Sp	„ „ „ Parisinus.
C	Constitutiones apostolorum.


II. CONSTITUTIONES.

a	codex Vaticanus 839 p. XXIV.
b	„ „ 2088 p. XXIV.
d	„ „ 1506 p. XXV.
e	„ „ 2089/2115 p. XXV.
f	„ Barberinus III 55 p. XXVIII.
h	„ Hierosolymitanus III, 3 p. XXXIV.
m	„ Ambrosianus G 64 sup. p. XXVIII.
o	„ Bodleianus Misc. 204 p. XXXII.
p	„ Petropolitanus 254 p. XXX.
s	„ Atheniensis 1435 p. XXXIV.
v	„ Vindobonensis hist. gr. 73 p. XXVIII.
G	codd. a—v.
A	Didascalia arabica.
An	Anastasio fragmenta.
B	Didascalia aethiopica.
D	Didascalia latina et syriaca, in libro VII Didache.
E	Epitome libri VIII Constitutionum.
L	Didascalie versio latina.
S	„ „ syriaca.
T	Turriani editio VIII, 47, 85 ^b —48.
α	Canon. apost. cod. Vaticanus 1980.
β	„ „ „ „ 1168.
γ	„ „ „ „ 827.
δ	„ „ „ Palatinus 376.
ε	„ „ „ Vallicellianus F 10.
ζ	„ „ „ „ F 47.
η	„ „ „ Barberinus III, 42.
θ	„ „ „ Laurentianus IX, 8.
κ	„ „ „ Monacensis 380.
λ	„ „ „ Parisinus 1614.
μ	„ „ „ „ 1320.
ν	„ „ „ „ 1324.
ξ	„ „ „ „ 1334.
K	codd. α—ξ.

p. XLIX—L.

A	Canon. ap. versio aethiopica.	} p. LI—LII.
C	” ” ” coptica.	
L	” ” ” latina.	
S	” ” ” syriaca.	
Sl	” ” ” syriaca altera.	
I	Collectio canon. Ioannis Schol.	

+	addit vel addunt.
∨	omittit vel omittunt.
∞	transponit vel transponunt.
i. m.	in margine.
i. t.	in textu.
pr	primum.
sec	secundum.
tert	tertium.
pr. m.	prima manus.
rel	reliqui codices.



ADDENDA ET CORRIGENDA.

Vol. I.

p. II l. 5 l. interpolatam.

p. 1—29 in superscriptione paginae numerus libri (I) omittebatur, quare ubique I praemittas.

p. 28/29 l. 6 adde in notis: Vocem *vae* vel *ὄυαὶ* iam Ignatius Trall. 8, 2 et Polycarpus Phil. 10, 3 verbo Iesaiæ 52, 5 praemittunt et cum hoc in unum dictum conflant, et ille sicut primus testis ita fortasse etiam auctor est huius modi dicendi. Constitutor locum III, 5, 6 repetit. Ps.-Ignatius Trall. 8, 3 Ignatium transcribens locum adsimulat formae, quam S. Scriptura vel Didascalia et Constitutiones exhibent, cum Ignatius ipse dictum Iesaiæ liberius allegaverit. Dictum illo modo compositum proferunt etiam Athanasius, Apol. ad Constant. c. 28 (Migne PG. 25, 631), Gregorius Nyss., De oratione dom. serm. III (ib. 44, 1154), Chrysostomus, In Genes. hom. VII, 2; In Acta apost. hom. 46 (ib. 53, 63; 60, 325), Patricius, Confessio c. 21 (PL. 53, 811); syn. Turonensis a. 461 c. 1. Cf. quae E. Nestle exposuit in *The Expository Times* 1897 p. 13—15.

p. 42 ad l. 15 lege Mt. 13, 9 pro Mt. 13, 19.

p. 81, 29; 117, 16 pro *Βασιλειῶν* l. *Βασιλείων*. Didascalia quidem dicit de libris Regnorum; Constitutor autem I, 5, 2; 6, 4. 11 distincte scribit *τὰς Βασιλείους*.

p. 142 ad l. 16 lege Deut. 19, 17 pro Deut. 19, 7.

p. 206 ad l. 8 l. Luc. 6, 28 (Mt. 5, 44) pro Mt. 6, 44.

p. 211 ad l. 7 l. I Petr. 2, 9 pro II Petr. 2, 9.

p. 230 ad l. 20 l. Prov. 29, 17 pro Prov. 29, 18.

p. 245 ad l. 14 l. Sirach 15, 12 pro Sir. 15, 22.

p. 309 ad l. 11 l. Ies. 52, 11 pro Ies. 52, 1.

p. 327 ad l. 3 l. *μῖξιν* pro *μῖξιν*.

p. 365 ad l. 4 l. Ioann. 13, 17 pro Ioann. 13, 7.

p. 398 ad l. 14 l. Mt. 14, 31 pro Mt. 14, 11.

p. 466 ad l. 5 l. IV Reg. 6 pro Reg. 6.


p. 466 ad l. 19 l. Mt. 12, 25 pro Mt. 12, 15.

p. 470 ad l. 4 l. Luc. 1, 2 pro Luc. 1, 2.

p. 556 ad l. 19 l. Ps. 103, 9 pro Prov. 103, 9.

Vol. II.

- p. XXII. Textum Constitutionum ecclesiae aegyptiacae arabicum et textum eiusdem scripturae aethiopicum integrum G. Horner versione anglica addita interea publicavit in libro: *The Statutes of the Apostles or Canones ecclesiastici* 1904. Textus ambo autem, nisi quod aethiopicus capita scripturae tria priora etiam plena, nondum decurtata tradit, minoris auctoritatis sunt, cum a coptico derivata sint. Cf. quae disputavi in *Theologische Quartalschrift* 1906 p. 1—27.



TEXTUS.



DIDASCALIA

id est

**Doctrina catholica duodecim apostolorum et sanctorum
discipulorum salvatoris nostri.**

I.

5 Dei plantatio vineae catholica ecclesia eius, [et] electi [sunt],
qui crediderunt in eam quae sine errore est vera religio, qui aeter-
num regnum <eius> fructuantur per fidem, virtutem acceperunt et
participationem sancti eius spiritus, armati per ipsum et succincti
10 sanguinis Christi, qui fiduciam acceperunt omnipotentem Deum

5 Ies. 5, 1, 2; 61, 3; Mt. 15, 13. — 7 II Petr. 1, 11. — 9 I Petr. 1, 2. —
10 Rom. 8, 15.

1—4 Didascalia etc. S : > L | 5 vineae cath. eccl. : et vinea sancta
ecclesiae catholicae S : testes omnes hoc loco inter se divergunt; L textum
rectum tradere videtur, postea autem duo vocabula (et . . sunt) de suo addidit
7 eius fr. per fidem S C : fruct. et per fidem regni eius L | 10 Christi : Dei
magni Iesu Christi S

Titulus scripturae versione syriaca traditus genuinus esse videtur. Con-
stitutor vel auctor Constitutionum apo-
stolorum verba *καθολικὴ διδασκαλία*
ad inscribendum librum I adhibuit.
S. Scriptura voces *διδασκαλία* (Rom.
12, 7; 15, 4; Eph. 4, 14; Col. 2, 22;
I Tim. 1, 10; 4, 1. 6. 13. 16; 5, 17;
6, 1. 3; II Tim. 3, 10 etc.) et *διδαχὴ*
(Act. 2, 42; 5, 28; 13, 12 etc.) usurpat,
hanc autem saepius.

Inscr. Dei plantatio vineae] i. e.

vinea a Deo plantata, quae subinde
definitur ecclesia catholica vel electi,
qui crediderunt etc.

* * *
Inscr. *χάρις — πληθυνθείη*] Haec
verba fere omnia locum obtinent in
inscriptione epistulae Clementis, cuius
nomen auctor operi suo praefixit. —
ἀμπελών ἐκλεκτός] Ies. 5, 2 LXX
vertunt *ἀμπελον σωρήξ*, vocabulum
ⲡⲚⲱ retinentes; Symmachus Basilio M.
et Hieronymo ad illum locum referen-

ΔΙΑΤΑΓΑΙ
ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ
ΔΙΑ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ.

ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

ΚΑΘΟΛΙΚΗ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ ΠΕΡΙ ΛΑΙΚΩΝ.

5

Οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι πᾶσι τοῖς ἐξ ἔθνων πιστεύ-
σασιν ἐπὶ τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν· „χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη
ἀπὸ“ τοῦ παντοκράτορος „θεοῦ“ διὰ „τοῦ κυρίου“ ἡμῶν „Ἰησοῦ
Χριστοῦ πληθυνθείη“ ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ.

Θεοῦ φυτεία ἢ καθολικὴ ἐκκλησία καὶ ἀμπελὼν αὐτοῦ ἐκλεκ- 10
τός, οἱ πεπιστευκότες εἰς τὴν ἀπλανῆ θεοσέβειαν αὐτοῦ, οἱ τὴν
αἰώνιον καρπούμενοι διὰ πίστεως βασιλείαν αὐτοῦ, δύναμιν αὐτοῦ
εἰληφότες καὶ μετουσίαν ἁγίου πνεύματος, ὀπλισμένοι διὰ Ἰησοῦ
καὶ ἐνστερνωμένοι τὸν φόβον αὐτοῦ, ῥαντίσματος μέτοχοι τοῦ
τιμίου καὶ ἀθώου αἵματος τοῦ Χριστοῦ, οἱ παρρησίαν εἰληφότες 15

7 Rom. 1, 7; I Petr. 1, 2. — 10 Ies. 5, 1, 2; 61, 3; Mt. 15, 13. —
12 II Petr. 1, 11. — 14 I Petr. 1, 2.

1--3 Titulus a : αἱ τῶν ἁγίων ἀποστόλων διατάξεις p, qui in margine
superiore insuper exhibet ἀρχὴ σὺν θεῷ τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων, δια-
ταγαὶ τῶν ἀποστόλων συγγραφεῖσαι περὶ Κλήμεντος πάππα Ρώμης καὶ
μαθητοῦ Πέτρον v recentiore manu, > h o, reliqui codd. initio carent | 4 nume-
rum libri ponens semper sequor a, qui in hoc libro quidem eum exhibet in
margine superiore, in sequentibus autem inscriptioni praefigit; ceteri codd. eum
inscriptioni librorum postponunt | 5 in h plures litterae evanuerunt | 6 οἱ sec
> o | 7 ἐπὶ h o p v : εἰς a | Χριστόν : + καὶ θεὸν o | 12 διὰ π. βασιλείαν :
praeter δ in a omnia evanuerunt, item nonnulla in sequentibus | αὐτοῦ pr > h ;
δύναμιν : οἱ δ. a, καὶ τὴν δ. h | 13 ἁγίου : . . . ου a fortasse τοῦ prae-
mittens | 13 Ἰησοῦ + Χριστοῦ o | 14 στερνωμένοι o, ἐνστερνωσάμενοι p

tibus (Migne PG 30, 349; PL 24, 76),
interpretatus est ἀμπελὼν ἐκλεκτῆν;

Vulgata habet: vineam electam. —
ἐνστερνωσάμενοι] Cf. I Clem. 2, 1.

patrem vocare, coheredes et participes dilecti pueri eius: audite doctrinam sacram, qui promissionem eius desideratis ex iussione salvatoris, consentienter gloriosis sonitiis eius.

I. Custodite, Dei filii, omnia ad oboedientiam Dei agere, et
 5 estote beneplacentes in omnibus Domino Deo nostro; si quis enim iniquitatem sectetur et ea, quae contraria sunt numini [Domini] Dei [nostri], agat, ut gens iniqua apud Deum qui eiusmodi est aestimabitur. 2. Abstinetes igitur ab omni avaritia et malitia, et nihil concupiscitis; nam et in Lege scriptum est: *Non concupisces*
 10 *uxorem proximi tui* <aut agrum eius> *aut puerum aut puellam eius* <neque bovem eius neque asinum eius nec quaecunque eius sunt>, quoniam omne quod tale est desiderium de maligno est. 3. Qui enim desideraverit uxorem proximi aut puerum aut puellam eius, iam adulter et fur est et ut corruptor iudicatus a Domino et
 15 doctore nostro Iesu Christo, cui est gloria in saecula; amen. 4. Dicit enim in Evangelio recapitulans et confirmans et complens decalogum Legis: *Quoniam in Lege scriptum est: Non moechaberis; ego autem dico vobis*, id est: in Lege per Moysen locutus sum, nunc autem ipse vobis dico: *Omnis, quicumque intenderit in*
 20 *mulierem proximi sui ad concupiscendum eam*, <iam moechatus est eam> *in corde suo*. Ita iudicatus est moechus, qu[on]i[am] desideravit.

1 Rom. 8, 17; Eph. 3, 6. — 7 Mt. 18, 17. — 9 Exod. 20, 17. — 17 Mt. 5, 27. 28.

2 sacram : Dei S | 3 consentienter : et consentientem S — 6/7 Domini . . nostri > S C | 7 gens iniqua : gentilis et iniquus S | 8/9 et nihil conc. : neque concupiscatis quae alterius sunt S | 10 uxorem — agrum eius : quae proximi tui sunt neque agrum eius neque uxorem eius S | aut agrum eius S C | 11 neque — sunt S C | 12 omne quod t. est des. : omnia haec desideria S; L pro *τούτων* legisse videtur *τοιούτη* | 14 corruptor : ei qui cum viris concubuerunt S | iudicatus : + ob impuritatem S | 20 iam m. est eam S C | 21 ita S C : iste L, qui particula praecedente mutilata hoc vocabulo apodosin incipit

I. *Περὶ πλεονεξίας*. De avaritia. — Sic inscribitur caput I. Numeris capitum enim in codicibus lemmata addita sunt, quae mihi hoc loco potius quam in notis criticis ponenda esse videntur. Textui graeco addo versionem latinam.

2. Numerus I, qui uncinis inclusus

additur, indicat, codices et editiones priores hoc loco caput I incipere. Similiter alias numerum capitum posui, ubi partitio operis usitata paululum mutanda esse videbatur. Cf. I, 3, 2; 5, 2; II, 23, 1; 25, 2; 26, 4; 31, 1; 33, 2 etc. — *ἐκ τοῦ πονηροῦ*] i. e. a diabolo.

τὸν παντοκράτορα θεὸν πατέρα καλεῖν, συγκληρονόμοι καὶ συμμετοχοὶ τοῦ ἡγαπημένου παιδὸς αὐτοῦ· ἀκούσατε διδασκαλίαν ἱεράν, οἱ ἀντεχόμενοι τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ἐκ προστάγματος τοῦ σωτῆρος, ὁμοστοίχως ταῖς ἐνδόξοις φθογγαῖς αὐτοῦ.

1. Φυλάσσεσθε, οἱ θεοῦ υἱοί, πάντα εἰς ὑπακοὴν θεοῦ πράσσειν, 5
καὶ γίνεσθε εὐάρεστοι ἐν πᾶσι κυρίῳ τῷ θεῷ ἡμῶν· ἐὰν γὰρ τις ἀνομίαν μεταδιώκη καὶ τὰ ἐναντία τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ ποιῇ, ὡς παράνομον ἔθνος τῷ θεῷ ὁ τοιοῦτος λογισθήσεται. 2 (I). ἀπέχεσθε οὖν πάσης πλεονεξίας καὶ ἀδικίας· καὶ γὰρ ἐν τῷ Νόμῳ γέγραπται· „Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου οὐδὲ 10
τὸν ἀγρὸν αὐτοῦ οὐδὲ τὸν παῖδα αὐτοῦ οὐτε τὴν παιδίσκην αὐτοῦ οὐτε τοῦ βοῦς αὐτοῦ οὐτε τοῦ ὑποζυγίου αὐτοῦ οὐτε ὅσα τοῦ πλησίον σου ἐστίν“, ὅτι ἡ πᾶσα τούτων ἐπιθυμία ἐκ τοῦ πονηροῦ ὑπάρχει. 3. ὁ γὰρ ἐπιθυμήσας τὴν γυναῖκα ἢ τὸν παῖδα ἢ τὴν παιδίσκην τοῦ πλησίον ἤδη κατὰ διάνοιαν μοιχὸς καὶ κλέπτης ἐστίν, ἐὰν μὴ 15
μεταγνῶ, καὶ κέκριται ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν. 4. λέγει γὰρ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ἀνακεφαλαιούμενος καὶ στηρίζων καὶ πληρῶν τὴν δεκάλογον τοῦ Νόμου, „ὅτι ἐν τῷ Νόμῳ γέγραπται· Οὐ μοιχεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν“, τοῦτ' ἐστὶν ἐν τῷ Νόμῳ τῷ διὰ Μωϋσέως ἐγὼ ἐλάλησα, 20
νῦν δὲ ὁ αὐτὸς ὑμῖν λέγω· „Πᾶς, ὅστις ἐμβλέπει εἰς τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτήν, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτήν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ“. οὕτως ἐκρίθη μοιχὸς κατ' ἔννοιαν ὁ ἐπιθυμήσας.

1 Rom. 8, 15. 17; Eph. 3, 6. — 8 Mt. 18, 17. — 10 Exod. 20, 17. — 19 Mt. 5, 27. 28.

1 πατέρα καλεῖν : ∞ o p v | 2 αὐτοῦ > o | 3 τοῦ > o | 4 ὁμοστοίχως h p v L : ὁμόστοιχον a A S, ὁμοστυχόν ο | 5 φυλάσσεσθαι h | θεοῦ υἱοὶ a h L : ∞ o p v | ἅπαντα a | 6 γίνεσθε a v L S : γίνεσθαι h o p | εὐάρεστοι o L cf. c. 10, 4 : ἀρεστοὶ a h p v | 7 ποιεῖ h v | 8 ἔθνος > o | ὁ τοιοῦτος > o | 8/9 ἀπεχεσθαι o (in fine versus) | 9 οὖν + ἀπὸ o | 11 οὐδέ : οὐτε h v | τὸν παῖδα . . τὴν παιδίσκην ∞ o | οὐτε : οὐδὲ o | 12 οὐτε pr : οὐδὲ o | οὐτε τοῦ ὑποζυγίου αὐτοῦ > o | οὐδὲ o | 12/13 τοῦ πλησίον a h : τῷ πλ. o p v | 13 ἢ > o | 16 καὶ o p v cf. D : > a h | 16/17 ᾧ ἡ δόξα p v D cf. II, 14, 11 : δι' οὗ ἡ δ. τῷ θεῷ a h o, per quem gloria patri cum ipso et spiritu sancto A B | 19/20 ἐν τῷ — ἐστὶν > o | 20 Μωσέως a | 21 νῦν : καὶ νῦν o | εἰς τὴν > o | 22 ἤδη ἐμ. αὐτήν > o L | 23 οὕτως h p v S : οὕτως a o L cf. nota praecedens | ὁ κατ' ἔννοιαν ἐπιθ. h | 23/6 plura in a evanuerunt

3. ἐὰν μὴ μεταγνῶ] Idem Constitutor interpolavit II, 7, 2; 39, 5.

5. Qui autem bovem aut asinum concupiscit proximi sui, nonne furari et abducere cogitat ea? Aut hic iterum, qui agrum desiderat, non id malignatur, ut terminos eius invadens cogat eum pro nihilo ei distrahere rem suam? 6. Propter haec igitur homicidia, mortes, condemnationes a D(eo) eos, qui tales sunt, subsequuntur. 7. Eis autem hominibus, qui oboediunt Deo, una lex est simplex, vera, sine quaestione Christianis constituta ita: *Quod tibi fieri ab alio oderis, tu alii ne feceris*. 8. Non vis uxorem tuam ut quis adtendat in malo ad corrumpendum eam; nec tu 10 proximi tui mulierem adtendas in malo. 9. Non vis pallium tuum ab alio tolli; nec tu alii tuleris. 10. Non vis vulnerari aut iniuriam pati aut detrectari de te; nec tu alii ita facies.

II. Sed maledicat te quis; tu benedic illum, quoniam scriptum est in libro Numer(or)um: *Qui benedicit, benedicetur, et qui maledicit, maledictus erit*. [Propterea] similiter et in Evangelio scriptum est: *Benedicite maledicentes vos*. 2. Eos, qui vos nocent, nolite renocere, sed sustinete, quoniam dicit scriptura: *Ne dicas*:

8 Tob. 4, 15. — 9 Mt. 5, 28. — 11 Mt. 5, 40. — 14 Num. 24, 9. — 16 Mt. 5, 44. — 17 Prov. 20, 22.

5 a Deo S C : ad L | 7 ita : itaq L sequens q anticipans, > S | 8 oderis S C : non vis L | 15 propterea > S C | 17 renocere : + et benefacite his qui vos oderunt S

I, 7. *sine quaestione Chr. constituta*] i. e. ut videtur lex adeo clara ac distincta, ut nulli quaestioni obnoxia sit. — *quod tibi etc.*] Didache, quae I, 2 prima inter litteras christianas hoc dictum tradit, pro *μισεῖν* habet *οὐ θέλειν*. Cum autem Syrus et Constitutor illud verbum usurpantes consentiant, vix dubium est, auctorem eo usum esse et Latinum dictum secundum formam usitatioem reddidisse. Infra VII, 2, 1, ubi Didache transcribitur, Constitutor hanc formam retinuit, alteram autem addidit. LXX Tob. 4, 15 sic reddunt: *καὶ ὃ μισεῖς, μηδενὶ ποιήσης*, Vulgata (4, 16): Quod

ab alio oderis fieri tibi, vide, ne tu aliquando alteri facias.

* * *

6. *φόβοι*] Didascalia *φόνοι* ut videtur. Constitutor ergo false legit aut de industria mutavit.

7. *ὃ σὺ μισεῖς*] Dictum infra III, 15, 4 paulo decurtatum legitur. Cf. etiam VII, 2, 1. Quomodo Tob. 4, 15 LXX et Vulgata reddant, cf. not. in Didascaliam.

II. *Περὶ τοῦ μὴ ἀνθυβριζεῖν ἢ ἀμύνασθαι τὸν ἀδικοῦντα*. De non reddenda contumelia nec ulciscendo eo, qui iniuriam fecit.

5. ὁ δὲ τὸν βοῦν ἢ τὸν ὄνον ἐπιθυμήσας οὐκ ἐπὶ τῷ κλέψαι καὶ ἰδιοποιήσασθαι ἢ καὶ ἀπαγαγεῖν αὐτὰ διανοεῖται; ἢ ὁ τὸν ἀγρὸν πάλιν ἐπιθυμήσας καὶ ἐπιμείνας τῇ τοιαύτῃ διαθέσει οὐ πονηρεῖται, ὅπως ὀρογλυφήσας ἀναγκάσῃ τὸν ἔχοντα τοῦ μηδενὸς ἀποδόσθαι αὐτῷ; φησὶν γάρ ποῦ ὁ προφήτης· „Οὐαὶ οἱ συνάπτοντες οἰκίαν πρὸς οἰκίαν καὶ ἀγρὸν πρὸς ἀγρὸν ἐγγίζοντες, ἵνα τοῦ πλησίον ἀφέλωνται τι“. διὸ λέγει· „Μὴ οἰκήσετε μόνοι ἐπὶ τῆς γῆς; ἠκούσθη γὰρ εἰς τὰ ὦτα κυρίου Σαβαὼθ ταῦτα“. καὶ ἀλλαχοῦ· „Ἐπικατάρatos ὁ μετατιθεὶς ὄρια τοῦ πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἔρει πᾶς ὁ λαός· Γένοιτο, γένοιτο“. διὸ φησὶν ὁ Μωσῆς· „Οὐ μετακινήσεις ὄρια τοῦ πλησίον σου, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου“. 6. διὰ ταῦτα οὖν φόβοι, θάνατοι, δικαστήρια, καταδίκαί παρὰ τοῦ θεοῦ τοῖς τοιούτοις ἐπακολουθοῦσι. 7. τοῖς δὲ ὑπηκόοις θεῶ ἀνθρώποις εἰς νόμος θεοῦ ἀπλοῦς, ἀληθής, ζῶν οὗτος ἐννύαρχε· „Ὁ σὺ μισεῖς ὑφ' ἑτέρου σοὶ γενέσθαι, σὺ ἄλλῳ οὐ ποιήσεις“. 8. οὐ βούλει τῇ γυναικί σου τινα ἐμβλέψαι κακῶς εἰς διαφθοράν αὐτῆς· μηδὲ σὺ τῇ τοῦ πλησίον σου γυναικὶ κακοήθως ἀτενίσῃς. 9. οὐ βούλει σου τὸ ἱμάτιον ἀρθῆναι· μηδὲ σὺ τὸ τοῦ ἑτέρου ἄρῃς. 10. οὐ θέλεις πληγῆναι, λοιδορηθῆναι, ὑβρισθῆναι· μηδὲ σὺ ἄλλῳ ταῦτα διαθήῃς.

II. Ἀλλὰ καταρᾶται σοὶ τις; σὺ εὐλόγησον αὐτόν, ὅτι γέγραπται ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Ἀριθμῶν· „Ὁ εὐλογῶν σε εὐλόγηται, καὶ ὁ καταρώμενός σε κεκατήραται“. ὁμοίως καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ γέγραπται· „Εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς“. 2. ἀδικούμενοι μὴ ἀνταδικήσητε, ἀλλ' ὑπομείνατε, ὅτι λέγει ἡ γραφή· „Μὴ εἶπης·

5 Ies. 5, 8. — 7 Ies. 5, 9. — 9 Deut. 27, 17. — 10 Deut. 19, 14. — 15 Tob. 4, 15. — 17 Mt. 5, 28. — 18 Mt. 5, 40. — 22 Num. 24, 9. — 24 Mt. 5, 44. — 25 Prov. 20, 22.

2 ὁ > ο p v | 3 οὐ D A a² : > a h o p v | 5 προφήτης : + Ἰσαίας ο, ἡσαίας v | 6 καὶ — ἐγγίζοντες > p | 6 τοῦ : τῷ ο | 7 οἰκήσετε a h | 8-9 ἀλλαχοῦ + λέγει ο | 9 τοῦ πλησίον : πατέρων ο p | αὐτοῦ > h o v | 10 γένοιτο sec > a | Μωϋσῆς h v | 11 ἃ ἔθεντο οἱ π. σου > p v | 12 ταῦτα h o p v L cf. A B : τοῦτο a cf. S | φόβος θανάτου ο | τοῦ a ο : > h p v | 13 θεῶ : τοῦ θεοῦ ο | 14 ἀπλοῦς > p v | ζῶν h. l. a : ante ἀληθῆς p v, post ἐννύαρχε h, > ο | 15 σὺ > ο | σοὶ h. l. a : ante ὑφ' ἑτέρου h, post γενέσθαι ο p, > v | γενέσθαι a h : γίνεσθαι ο p v | 16 ἐμβλέψασθαι ο | 17 τὴν . . γυναικα ο | 17/18 μηδὲ — ἀρθῆναι > h | 18 τὸ sec > ο | 20 ταῦτα > ο | 21 σοὶ a : σοῦ h, σέ ο p v | σὺ > h v | 22 Ἀριθμῶν : ψαλμῶν ο | 23 κεκατάραται ο | 24 ἡμᾶς ο | 25 ἀδικήσητε h

noceam inimicum meum, quoniam me nocuit; sed sustine, ut Dominus te adiuvet et vindictam faciat super eum, qui te nocuit. 3. Nam iterum in Evangelio dicit: *Diligite odientes vos et orate pro maledicentibus vos et inimicum nullum habebitis.* 4. Intenti igitur simus
5 mandatis istis, dilecti[ssimi], ut *filiis lucis* inveniamur, cum ea agimus.

III. Portate ergo, [sicuti] servi et filii Dei, invicem; 2. [ita ut] vir mulierem suam, non ut superbus aut elatus ** sed benignus sit eiusque manus porrecta ad dandum, et uxori suae soli suavem
10 se faciat eamque honeste contentam reddat atque id agat, ut ab ea sola ametur neque ab alia. 3. Ne ornes te, ut te videat mulier aliena et te concupiscat. Sin ab ea coactus peccas cum ea, haud dubie a Deo tibi superveniet mors in igne, qui durat in omnia saecula, id est in igne aspero et acerbo, atque cognosces et in-
15 telleges, cum acerbe puniris. 4. Si vero hoc inquinamentum non committis, sed eam abicis ac repudias, in eo tantum peccasti, quod cultu tuo effecisti, ut mulier caperetur te concupiscens. Tu enim eam commovisti, ut tua causa ipsi id accideret, ut in concupiscentia sua fornicaretur. 5. Neque vero adeo noxius es, quia eam non
20 concupivisti; misericordiam autem Dei consequeris, quia te ei non dedidisti neque ab ea tibi persuasum est, cum ad te mitteret, neque

3 Didache 1, 3; Mt. 5, 44; Lc. 6, 27. 28. — 5 Io. 12, 36; I Thess. 5, 5. — 7 Gal. 6, 2; Eph. 4, 2; Col. 3, 13. — 9 Sirach 4, 31.

5 dilecti S C | 7 sicuti L (ὡς pro οἱ) : > S C | ita ut > S C

II, 3. Hoc dictum praeter Didascaliam non nisi Didache 1, 3 (et paraphrasi huius scripturae in Constitutivonibus apost. VII instituta) traditum est, ubi autem membrum secundum (orate pro maledicentibus vos) alium locum habet. Auctor Didascaliae cum distincte ad Evangelium provocet, verba fortasse ex scriptura aliqua deperdita desumpsit. Cum autem Didachen cognitam habuerit et in S. Scriptura alleganda liberior sit, testis idoneus non est.

* * *

3. Cum Constitutor verba Didaches: *καὶ οὐχ ἔξετε ἐχθρόν*, infra VII, 2, 2 retinuerit, eadem hoc loco suppressit eisque verba S. Scripturae substituit, eo ut videtur offensus, quod verba in Didascalia Evangelio attribuuntur.

III. *Περὶ καλλωπισμοῦ καὶ τῆς ἐκ-εἶθεν ἁμαρτίας*. De ornatu et peccato inde proficiscente. Cf. Clem. Alex. Paedag. III, 3, ubi auctor de ornatu virorum agit.

2. *ἐνμετάδοτος*] Cf. I Tim. 3, 18; Canon. eccles. s. apost. 18, 3; 20, 3.

τίσομαι τὸν ἐχθρόν μου ἃ με ἠδίκησεν, ἀλλ' ὑπόμεινον, ἵνα σοι βοηθήσῃ ὁ κύριος καὶ ἐκδικίαν ἐπαγάγῃ τῷ ἀδικοῦντί σε“. 3. καὶ γὰρ πάλιν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λέγει· „Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς καὶ διωκόντων· καὶ ἔσεσθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους“. 5

4. προσέχωμεν οὖν, ἀγαπητοί, ταῖς ἐντολαῖς ταύταις, ἵνα „τέκνα φωτὸς“ εὐρεθῶμεν πρόσσοντες αὐτάς.

III. Βαστάζετε οὖν, οἱ δοῦλοι καὶ υἱοὶ τοῦ θεοῦ, ἀλλήλους· 10

2. ὁ μὲν ἀνὴρ τὴν γυναῖκα, μὴ ὑπερήφανος μηδὲ ἀλαζών, ἀλλ' εὐσπλαγχνος, εὐμετάδοτος, τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ μόνον βουλόμενος ἀρέσκειν καὶ ταύτην κολακεύειν ἐντίμως, σπουδάζων καταθύμιος εἶναι αὐτῇ, (III) μὴ καλλωπιζόμενος εἰς τὸ ἀγρευθῆναι τινα ἑτέραν ἐπὶ σοί. 3. εἴτε γὰρ ἀναγκασθῆς ὑπ' αὐτῆς ἁμαρτήσεις εἰς 15 αὐτήν, θάνατος παρὰ θεοῦ ἐπελεύσεται σοι αἰώνιος ἐν αἰσθησίᾳ πικρῶς κολαζομένῳ· 4. εἴτε μὴ ποιήσεις τὸ μύσος, ἀλλ' ἀποσεισάμενος αὐτήν ἀρήσῃ αὐτό, καὶ τοῦτο ἡμαρτες, εἰ καὶ μὴ ἐπίσης, μόνον δὲ τὸ διὰ τοῦ καλλωπισμοῦ σου παγιδεῦσαι γυναῖκα εἰς τὸ ἐπιθυμῆσαί σου· ἐποίησας γὰρ τὴν τοῦτο παθοῦσαν διὰ τῆς 20 ὀρέξεως μοιχευθῆναι ἐπὶ σοί. 5. ἀλλ' οὐχ οὕτως αἴτιος ὑπάρχεις διὰ τὸ μὴ προσαποστειλαί σε τῇ ἐπὶ σὲ πεπαγιδευμένῃ· οὐ γὰρ σὺ ἐπεθύμησας αὐτῆς· μὴ συνεπιδιδούς δὲ αὐτῇ ἑαυτὸν ἐλεηθήσῃ

3 Mt. 5, 44. 45; Luc. 6, 27. 28. 35. — 8 Io. 12, 36; I Thess. 5, 5. — 10 Gal. 6, 2; Eph. 4, 2; Col. 3, 13.

1 μου > a | σοι βοηθήσῃ p v L : σοι β. σοι ο, β. σοι h, σε ἐκδικήσῃ a
4 τῶν μισούντων ο | 5 ὑμᾶς καὶ διωκόντων a h (+ ὑμᾶς h) : καὶ δ. ὑμᾶς
p v | καὶ διωκόντων > ο | 6 τοῖς > ο | 6/7 ἐπὶ π. — βρέχει > ο | 10 καὶ
υἱοὶ > h | 11 τὴν γυναῖκα : πρὸς τὴν ἑαυτοῦ γ. ἔστω a | ὑπερηφανῶν h ο
μηδὲ ἀλαζών : μ. ἀλαζονευόμενος h, > ο | 13 κολακεύουν ο | σπουδάζων
+ καὶ h | 14 αὐτῇ εἶναι p v | 15 ἑτέραν a h A cf. D : νεωτέραν ο p v
αὐτῆς + καὶ ο | 16 παρὰ + τοῦ ο | 17 πικρῶς (πικρὸς ο) κολ. (κολαζο-
μένου h ο) a h ο : κολ. πικρῶς p v | ἀλλὰ ο p v | 18 αὐτό : αὐτῷ ο, αὐτήν a
ἐπίσης : ἐφ' ἴσης h, ἐφήσις ο, ποιήσης a | 19 καλλωπίσματος ο | εἰς : πρὸς ο
21 ὀρέξεως : ὀράσεως ο cf. D | 22 διὰ τὸ — πεπαγιδευμένῃ > ο | ἐπὶ σὲ
a h : ἐπὶ σοὶ p v | 23 μὴ σ. δέ : μηδε σ. ο

— κολακεύειν] Clem. Hom. XIII, 16: θέτως φιλεῖ καὶ καταφιλεῖ καὶ κο-
λᾶσθαι (γυνή) τὸν ἄνδρα ἐνδια- λακεύει. Cf. Ign. ad Polyc. 2, 2.

cogitatione ulla ad hanc mulierem te convertisti, quae cupiditate in te capta erat. 6. Sed haec repente in te incidit et cogitatione sua exagitata est et ad te misit; tu autem ut vir pius eam repudiasti et ab ea recessisti neque cum ea peccasti; haec vero corde
 5 suo exagitata est, quia iuvenis et pulcher et venustus es atque te ornastis eamque commovisti, ut te concupisceret; et fortasse reus es peccati eius, quia propter cultum tuum illud ei accidit. 7. Precare autem Dominum Deum, ne tibi adscribatur peccatum ad illam attinens. 8. Et si Deo placere vis, et non hominibus, ac speras
 10 et exspectas vitam et requiem aeternam, noli exornare pulchritudinem naturae tuae, quae tibi a Deo data est, sed humili animo eam coram hominibus vilem reddas; similiter noli nutrire capillos capitis tui, sed eos conscinde, neque eos come neque orna vel ungue, ne ad te pellicias feminas tales, quae capiant vel capiantur
 15 libidine. 9. Neque vestitu pulchro utaris neque pedibus tuis crepidas componas, quae libidinem stultitiae foveant, neque anulos ex auro factos digitis tuis induas, quandoquidem haec omnia et quaecunque naturae addis meretricia sunt. 10. Tibi enim tanquam homini in Deum credenti non licet capillos capitis tui nutrire
 20 et comere et polire, id quod voluptas libidinis est, neque eos componas neque ornes nec tales reddas, ut pulchri sint.

21 pulchri : S legisse videtur *καλήν* pro *οὐλήν*

6. τοῦ οὐαὶ κληρ.] Similiter II, 62, 1; III, 5, 6.

8. τὸ ὑπὸ τῆς φύσεως — μὴ προσεπικαλλώπιζε] Cf. I, 8, 24. — κατακνιζομένον κτλ.] i. e. pruriens et capillum illaesum et fluentem habens vel unguentis delibutus. Clemens Al. Paed. II, 8; III, 11, 60—63 disputat, quae Christianis de capillis et unguentis observanda sint.

9. De usu calceamentorum vel crepidarum et anulorum cf. Clem. Al. Paed. II, 11; III, 11, 58. 59; Chrysost. Hom. in Calendas c. 5. — τῆς χροίας μόνον] Clemens Al. Paed. II, 3, 37

p. 189 ed. Potter: ὧν μέτρον ἢ χροία, μὴ ἢ πολυτέλεια γινέσθω.

antiqua vel Synodus Carthaginiensis IV quae dicitur c. 5 (Hard. Concil. coll. I, 979); synodus Aquisgranensis 817 c. 6 (Hard. IV, 1062); Constitutio quae vocatur Aegyptiaca c. 6; cf. vol. II p. 105; Canones S. Hippolyti qui dicuntur c. 7 ed. Haneberg p. 68; Testamentum Domini nostri I, 44 ed. Rahmani p. 105; Iacobitae Alexandrini vel Copti (Denzinger, Ritus orientalium II, 6). De ritu temporis prioris nihil certi compertum habemus. Cf. quae disputavi in libro: *Das Testament unseres Herrn* 1901 p. 37—42.

XXII. Ἐπίκλησις ἐπὶ χειροτονίας

ἀναγνώστον (περὶ ἀναγνωστῶν d).
Invocatio in ordinatione lectoris.

2. Lectori manus imponi eidem qui subdiacono vetant. Accedunt Constitutiones apostolorum quae vocantur per Hippolytum vel Epitome libri VIII Constitutionum apostolorum.

3. ὁ τὴν τοῦ κόσμου—διαφυλάττων] Eadem leguntur I Clem. 60, 1; 59, 2.

XXIII. Περὶ ὁμολογητῶν. De confessoribus.

3. Confessores ad sacros ordines promoveri solitos esse testantur Tertullianus Adv. Valent. c. 4 et Cyprianus Epp. 38—40. Constitutio Aegypt-

χειροτονεῖται. 4. εἰ δέ τις ὁμολογητὴς μὴ χειροτονηθεὶς ἀρπάσῃ ἑαυτῷ ἀξίωμα τι τοιοῦτον ὡς διὰ τὴν ὁμολογίαν, οὗτος καθαιρεῖσθω καὶ ἀποβαλλέσθω· οὐ γὰρ ἔστιν, ἐπεὶ περ ἤρνηται τὴν Χριστοῦ διάταξιν „καὶ ἔστιν ἀπίστου χειρῶν“.

5 XXIV. Ὁ αὐτὸς περὶ παρθένων. 2. παρθένος οὐ χειροτονεῖται, „ἐπιταγὴν“ γὰρ „κυρίου οὐκ ἔχομεν“· γνώμης γὰρ ἔστι τὸ ἔπαθλον, οὐκ ἐπὶ διαβολῇ τοῦ γάμου, ἀλλ' ἐπὶ σχολῇ τῆς εὐσεβείας.

XXV. Κατὰ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος τάδε περὶ χηρῶν διατάσσομαι. 2. χήρα οὐ χειροτονεῖται, ἀλλ' εἰ μὲν ἐκ πολλοῦ 10 ἀπέβαλεν τὸν ἄνδρα καὶ σωφρόνως καὶ ἀκαταγνώστως ἔζησεν καὶ τῶν οἰκείων ἄριστα ἐπεμελήθη, ὡς Ἰουδιθ καὶ Ἄννα αἱ σεμνόταται, καταταστέσθω εἰς τὸ κηρικόν. 3. εἰ δὲ νεωστὶ ἀπέβαλεν τὸν ὁμόζυγον, μὴ πιστενέσθω, ἀλλὰ χρόνον νεότης κρινέσθω· τὰ γὰρ 15 πάθη ἔσθ' ὅτε καὶ συγγηροῖ ἀνθρώποις, μὴ ὑπὸ κρείττονος χαλινῶ εἰργόμενα.

XXVI. Ὁ αὐτὸς περὶ ἐπορκιστοῦ. 2. ἐπορκιστὴς οὐ χειροτονεῖται, ἐννοίας γὰρ ἐκουσίον τὸ ἔπαθλον καὶ χάριτος θεοῦ διὰ Χριστοῦ ἐπιφοιτήσῃ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ὁ γὰρ λαβὼν χάρισμα 20 ἰαμάτων δι' ἀποκαλύψεως ὑπὸ θεοῦ ἀναδείκνυται, φανερᾶς οὔσης πᾶσιν τῆς ἐν αὐτῷ χάριτος. 3. ἐὰν δὲ χρεῖα αὐτοῦ γένηται εἰς ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον, χειροτονεῖται.

4 I Tim. 5, 8. — 6 I Cor. 7, 25. — 11 Iudith 8; Luc. 2, 36.

1 χειροτονεῖσθω h | μὴ > f | ἀρπάσει h v | 2 τι > d f h | τοιουτω f | οὕτως h, ὁ τοιοῦτος d f | 3 τὴν + τοῦ h | 4 χεῖρον a f h | 5 παρθένων + διατάσσομαι a² | 8 λεβαῖος d | θαδαῖος a | χειρῶν h | 9 χειροτονεῖται f | ἐκ a², ἐν a | 10 ἀκαταγνώστος f | 11 ἐπιμελήθη d | 14 ὅτε f | ἀνθρώποις G, in a manus vetus + εἰ | 15 εἰργόμεθα a | 16 αὐτὸς + λεββαῖος f | περὶ ἐπορκιστῶν d f, et ante ὁ αὐτὸς tanquam inscriptio capitis | ἐπορκιστοῦ + διατάσσομαι h a² | 17 ἐννοίας h | θεοῦ > h | 19 ὑπό : ἀπο f, + τοῦ h

tiaca, Canones Hippolyti et Testamentum Domini nostri, scripturae c. 21, 2 laudatae, docent, eos confessione ipsa dignitatem diaconi vel presbyteri obtinere; modo si episcopatum adipisci velint, eis manum imponendam esse.

4. οὐ γὰρ ἔστιν] scilicet confessor vel episcopus, presbyter, diaconus.

XXIV. Περὶ παρθένων (d, > a). De virginibus.

XXV. Περὶ χηρῶν (d, > a). De viduis.

XXVI. Περὶ ἐπορκιστῶν (> a, + ὁ αὐτὸς d). De exorcistis.

2. ἐπορκιστής] Hoc munere initio omnes Christiani fungebantur, ut docet

natur. 4. Si vero aliquis confessor non ordinatus aliquam huiusmodi dignitatem praetextu confessionis sibi arripuerit, is deponatur et eiciatur; non enim est, quandoquidem negavit Christi constitutionem *et est infideli deterior.*

XXIV. Idem de virginibus. 2. Non ordinatur virgo; nam 5
praeceptum Domini non habemus; voluntatis enim est haec certaminis gloria, non ad criminandum matrimonium, sed ad vacandum pietati.

XXV. Et ego Lebbaeus cognominatus Thaddaeus haec de viduis constituo. 2. Vidua non ordinatur; sed si multo ante 10
amisit virum ac caste et inculpabiliter vixit ac domesticorum optime curam gessit, ut Iudith et Anna, sanctissimae feminae, cooptetur in gradum vidualem. 3. Quodsi nuper amisit coniugem, ne ei credatur, sed tempore adulescentia diiudicetur. Perturbationes enim interdum cum hominibus consenescent, nisi potiore freno 15
coerceantur.

XXVI. Idem de exorcista. 2. Exorcista non ordinatur; haec enim certaminis laus pendet a libera et bona voluntate et a gratia Dei per Christum adventu spiritus sancti; qui enim accepit charisma sanationum, per revelationem a Deo declaratur cunctisque 20
manifesta est gratia, quae est in ipso. 3. Si autem opus eo fuerit in episcopum vel presbyterum vel diaconum, ordinatur.

Tertullianus De idolol. c. II scribens: Quo ore Christianus thurarius, si per templa transibit, fumantes aras despuet, et exsufflabit, quibus ipse prospexit? Qua constantia exorcizabit alumnos suos, quibus domum suam cellariam praestat? Ille quidem si excluserit daemonium etc. Cf. etiam Tert. De praescript. c. 41. Iam autem Origenes Contra Celsum VII, 4 charisma illud parti Christianorum tantum attribuit, sive clericis sive laicis. Paulo post Cornelius apud Eusebium H. E. VI, 43, II exorcistas inter ordines sacros recenset, et quidem inter acoluthos et lectores, et in ecclesia latina deinde

exorcistae clericis adnumerantur. Cf. syn. Carthag. IV, 7. Aliter in Oriente. Constitutiones apost. exorcistas quidem tanquam ordinem ecclesiasticum similiter ac confessores, virgines ac viduas, nec vero tanquam ordinem sacrum agnoscunt. Nihilominus autem non cuilibet munere exorcizandi fungi licebat. Synodus Laodicensis c. 26 decernit: *ὅτι οὐ δεῖ ἐπορκίζειν τοὺς μὴ προαχθέντας ὑπὸ ἐπισκόπου.* Bar-Hebraeus Nomocanon VII, 8 constitutionem Pseudo-Clementis sic reddit: Exorcista non fiat per chirotoniam, sed sola iussione et concessione episcopi (Mai, Scriptorum vet. nova coll. X, 52).

XXVII. Σίμων δὲ ὁ Κανανίτης κάγω διατάσσομαι, ὑπὸ πόσων ὀφείλει χειροτονεῖσθαι ὁ ἐπίσκοπος. 2. ἐπίσκοπος ὑπὸ τριῶν ἢ δύο ἐπισκόπων χειροτονεῖσθω· ἐὰν δέ τις ὑπὸ ἐνὸς χειροτονηθῇ ἐπισκόπου, καθαιρέσθω καὶ αὐτὸς καὶ ὁ χειροτονήσας 5 αὐτόν. 3. ἐὰν δὲ ἀνάγκη καταλάβῃ ὑπὸ ἐνὸς χειροτονηθῆναι διὰ τὸ μὴ δύνασθαι πλείονας παραγενέσθαι, διωγμοῦ ὄντος ἢ ἄλλης τοιαύτης αἰτίας, ψήφισμα κομιζέτω τῆς ἐπιτροπῆς πλειόνων ἐπισκόπων.

XXVIII. Ὁ αὐτὸς περὶ κανόνων. 2. ἐπίσκοπος εὐλογεῖ, οὐκ 10 εὐλογεῖται· χειροθετεῖ, χειροτονεῖ, προσφέρει· εὐλογίαν παρὰ ἐπισκόπων λαμβάνει, παρὰ δὲ πρεσβυτέρων οὐδαμῶς. ἐπίσκοπος καθαιρεῖ πάντα κληρικὸν ἄξιον ὄντα καθαιρέσεως πλὴν ἐπισκόπου· μόνος γὰρ οὐχ οἴος τε. 3. πρεσβύτερος εὐλογεῖ, οὐκ εὐλογεῖται, εὐλογίας δέχεται παρὰ ἐπισκόπου καὶ συμπρεσβυτέρου, 15 ὡσαύτως ἐπιδίδωσιν συμπρεσβυτέρω· χειροθετεῖ, οὐ χειροτονεῖ, οὐ καθαιρεῖ, ἀφορίζει δὲ τοὺς ὑποβεβηκότας, ἐὰν ὧσιν ὑπεύθυνοι τῇ τοιαύτῃ τιμωρίᾳ. 4. διάκονος οὐκ εὐλογεῖ· οὐ δίδωσιν εὐλογίαν, λαμβάνει δὲ παρὰ ἐπισκόπου καὶ πρεσβυτέρου· οὐ βαπτίζει, οὐ προσφέρει· τοῦ δὲ ἐπισκόπου προσενεγκόντος ἢ τοῦ πρεσβυ- 20 τέρου, αὐτὸς ἐπιδίδωσιν τῷ λαῷ, οὐχ ὡς ἱερεὺς, ἀλλ' ὡς διακονούμενος ἱερεῦσιν. 5. τῶν δὲ ἄλλων κληρικῶν τὸ τοῦ διακόνου ἔργον ποιῆσαι οὐδενὶ ἐξόν. 6. διακόνισσα οὐκ εὐλογεῖ, ἀλλ' οὐδέ τι ὧν ποιοῦσιν οἱ πρεσβύτεροι ἢ οἱ διάκονοι ἐπιτελεῖ, ἀλλ' ἢ τοῦ φυλάττειν τὰς θύρας καὶ ἐξυπηρετεῖσθαι τοῖς πρεσβυτέροις ἐν τῷ 25 βαπτίζεσθαι τὰς γυναῖκας διὰ τὸ εὐπρεπέες. 7. διάκονος ἀφορίζει ὑποδιάκονον, ἀναγνώστην, ψάλτην, διακόνισσαν, ἐὰν ἧ τι τοιοῦτον μὴ παρόντος πρεσβυτέρου. 8. ὑποδιάκονω οὐκ ἔξεστιν ἀφορίσαι, οὔτε μὴν ἀναγνώστη οὔτε ψάλτη οὔτε διακονίση, οὐ κληρικόν, οὐ λαϊκόν· ὑπηρετᾷ γὰρ εἰσιν διακόνων.

1 καναναῖος d f | διατάσσομαι + ὑμῖν d f | 2 ὁ > f | ἐπίσκοπος sec > d | 3 χειροτονεῖσθω : ὀφίλη χειροτονεῖσθαι f | 3/4 χειροτονηθει f p, -νηθεῖς d | 5 αὐτόν > f | καταλάβῃ post ἐνὸς d f | 7 νομιζέτω f, κομιζέσθω a² | τῆς > h | 7/8 ἐπισκόπων : desinit f subscribens διαταξίς αποστολων μυστικῆς λατρίας | 9 ὁ — κανόνων > d | αὐτὸς + διατάσσομαι a² | 10 χειροτονεῖ, οὐ χειροθετεῖ d | παρ' d | 12 ἄξιον post καθαιρέσεως h p v | 12/13 πλὴν ἐπισκόπου > h | 13 τε a d e : + ἐστὶν h p v | 14 καὶ + παρὰ h p v | πρεσβυτέρω h | 18 παρ' d | 22 οὐδὲν d | ἐξῆν h | 26 τι > h | 27 οὐκ ἔστιν d | 28 οὔτε . . οὔτε : ἧ . . οὐδὲ d

XXVII. Et ego Simon Cananaeus constituo, a quot ordinari episcopus debeat. 2. Episcopus a tribus vel duobus episcopis ordinetur; si quis autem ordinatus fuerit ab uno episcopo, deponatur et ipse et is, qui ordinavit eum. 3. Quodsi necessitas incidens coegerit ab uno ordinari, eo quod propter persecutionem aut aliam similem causam plures interesse non possint, afferat auctoritatem mandati plurium episcoporum. 5

XXVIII. Idem de canonibus. 2. Episcopus benedicit, non benedicitur; manus imponit, ordinat, offert; benedictionem ab episcopis accipit, a presbyteris vero nequaquam. Episcopus deponit omnem clericum dignum depositione excepto episcopo; id enim solus non potest. 3. Presbyter benedicit, non benedicitur; benedictionem recipit ab episcopo et compresbytero, eamque pariter compresbytero dat; manus imponit, non ordinat; non deponit, segregat autem ac excommunicat inferiores, si eam poenam mereantur. 4. Diaconus non benedicit; non dat benedictionem, accipit vero ab episcopo et presbytero; non baptizat, non offert; ipse vero, cum episcopus aut presbyter obtulit, dat populo, non tanquam sacerdos, sed tanquam ministrans sacerdotibus. 5. Nulli autem e reliquis clericis licet opus diaconi facere. 6. Diaconissa non benedicit, sed nec peragit quidquam eorum, quae presbyteri aut diaconi faciunt, dumtaxat ianuas custodit et presbyteris, quando baptizantur mulieres, ministrat propter decorum. 7. Diaconus excommunicat subdiaconum, lectorem, cantorem, diaconissam, si absente presbytero res id postulet. 8. Subdiacono non licet segregare neque lectori neque cantori neque diaconissae, non clericum, non laicum; ministri enim sunt diaconorum. 25

XXVII. Διατάξεις, ὑπὸ πόσων ὀφείλει χειροτονεῖσθαι ὁ ἐπίσκοπος. Constitutiones, a quot debeat ordinari episcopus (d, > a v, vel potius primum versum tanquam inscriptionem exhibent).

2. Cf. quae adnotavi ad III, 20, 1.

XXVIII. Κανόνες περὶ ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διακόνων καὶ λοιπῶν κληρικῶν (τοῦ αὐτοῦ Σίμωνος τοῦ Καναναίου κανόνες ἐκκλησιαστικοὶ d). Canones de episcopis, presbyteris, diaconis et reliquis clericis.

1. χειροθετεῖ, χειροτονεῖ] Haec vox de ordinatione intellegenda est, illa de ceteris manus impositionibus, quae etiam presbytero competebant, cf. v. 2. — παρὰ δὲ πρεσβυτέρων οὐδαμῶς] Hebr. 7, 7: Sine ulla contradictione quod minus est, a meliore benedicitur. — ἐπίσκοπος καθαιρεῖ πάντα κληρικόν] Hoc ius testantur Cyprianus Ep. 3 et Hieronymus Ep. 109.

2—6. Cf. Ps.—Ign. Her. 3, 2; Ant. 12, 2.

6. Constantinus Harm. Epit. can. Cf. Testim.

XXIX. Περὶ δὲ ὕδατος καὶ ἐλαίου ἐγὼ Μαθθίας διατάσσομαι.

2. εὐλογεῖτω ὁ ἐπίσκοπος τὸ ὕδωρ ἢ τὸ ἔλαιον· ἐὰν δὲ μὴ παρῆ, εὐλογεῖτω ὁ πρεσβύτερος παρεστῶτος τοῦ διακόνου· ἐπὶ δὲ ὁ ἐπίσκοπος παρῆ, παριστάσθω ὁ πρεσβύτερος καὶ ὁ διάκονος.

5 3. λεγέτω δὲ οὕτως· Κύριε Σαβαώθ, ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων, κτίστα τῶν ὑδάτων καὶ χορηγὲ τοῦ ἐλαίου, οἰκτίρμων καὶ φιλόανθρωπε, ὁ δοὺς τὸ ὕδωρ πρὸς πόσιν καὶ κάθαρσιν, καὶ „ἔλαιον τοῦ ἱλαρῦναι πρόσωπον“ εἰς ἀγαλλίαμα εὐφροσύνης· αὐτὸς καὶ νῦν διὰ Χριστοῦ ἀγίασον τὸ ὕδωρ τοῦτο καὶ τὸ ἔλαιον ἐπ' ὀνόματι τοῦ

10 προσκομίσαντος ἢ τῆς προσκομισάσης, καὶ δὸς δύναμιν ὑγείας ἐμποιοητικὴν, νόσων ἀπελαστικὴν, δαιμόνων φυγαδευτικὴν, πάσης ἐπιβουλῆς διωκτικὴν διὰ „Χριστοῦ τῆς ἐλπίδος ἡμῶν“, μεθ' οὗ σοὶ δόξα, τιμὴ καὶ σέβας καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

15 XXX. Ὁ αὐτὸς περὶ ἀπαρχῶν καὶ δεκατῶν. 2. ἔτι προστάσσω, πᾶσαν ἀπαρχὴν προσκομίζεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις καὶ τοῖς διακόνοις εἰς διατροφήν αὐτῶν, πᾶσαν δὲ δεκάτην προσφέρεσθαι εἰς διατροφήν τῶν λοιπῶν κληρικῶν καὶ τῶν παρθένων καὶ τῶν γηρῶν καὶ τῶν ἐν πενίᾳ ἐξεταζομένων·

20 αἱ γὰρ ἀπαρχαὶ τῶν ἱερέων εἰσὶν καὶ τῶν αὐτοῖς ἐξυπηρετουμένων διακόνων.

XXXI. Ὁ αὐτὸς περὶ περισσευμάτων. 2. τὰς περισσευούσας ἐν τοῖς μυστικοῖς εὐλογίας κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου ἢ τῶν πρεσβυτέρων οἱ διάκονοι διανεμέτωσαν τῷ κλήρῳ, τῷ ἐπισκόπῳ

25 μέρη τέσσαρα, πρεσβυτέρῳ μέρη τρία, διακόνῳ μέρη δύο, τοῖς δὲ ἄλλοις, ὑποδιακόνοις ἢ ἀναγνώσταις ἢ ψάλταις ἢ διακονίσσαις,

7 Ps. 103, 15. — 8 Ps. 44, 16. — 12 I Tim. 1, 1.

1 capita XXIX—XXXI > p | δὲ > d m v | μαθθαῖος a h | 2 τὸ ἔλαιον ἢ τὸ ὕδωρ h | ἢ : ἦτοι d | 3 ἐπὶ : ἐὰν m | 4 ὁ . . ὁ > d | 6 οἰκτίρμων h v | 9 Χριστοῦ a d : τοῦ Χρ. σου h m v | τὸ sec > h | 10/11 ὑγίασιν ποιητικὴν d | 11 φυγαδευτικὴν + οἶκον φυλακτικὴν d | 12 βουλῆς d | μεθ' : δι' d | 13 καὶ τῷ : ἐν d | 17 εἰς δ. αὐτῶν > h | δὲ > h | 18 διατροφήν + αὐτῶν καὶ h | 19 καί : αἱ h | 21 διακόνων > d | 22 περισσευμάτων G : + διατάσσομαι a² | περισσευσάσας d | 25 πρεσβυτέρῳ : τῷ προ. h | 26 ἢ pr > h

XXIX. Εὐχαριστία περὶ ὕδατος καὶ ἐλαίου (sic a). Gratiarum actio pro aqua et oleo.

XXX. Περὶ ἀπαρχῶν καὶ δεκατῶν (d praemittens ὁ αὐτὸς, a v item, sed textum ipsum tanquam inscriptionem

XXIX. De aqua autem et oleo constituo ego Matthias. 2. Benedicat episcopus aquam et oleum; sin vero non adsit, benedicat presbyter praesente diacono; quando autem adierit episcopus, assistant presbyter et diaconus. 3. Hunc vero in modum dicat: Domine Sabaoth, Deus virtutum, creator aquarum et largitor olei, 5 misericors et hominum studiose; qui dedisti aquam ad potum ac expurgationem et *oleum ad exhilarandum vultum* in exsultationem laetitiae: ipse et nunc per Christum sanctifica hanc aquam atque hoc oleum nomine illius, qui obtulit, aut illius, quae obtulit; et da vim effectricem sanitatis, morborum expultricem, daemonum 10 fugatricem, omnium insidiarum profligatricem per *Christum spem nostram*, cum quo tibi gloria, honor ac veneratio et sancto spiritui in saecula, amen.

XXX. Idem de primitiis et decimis. 2. Adhuc iniungo, ut omnes primitiae afferantur episcopo et presbyteris et diaconis ad 15 eorum alimentum; utque omnes decimae offerantur ad alendos reliquos clericos et virgines ac viduas et paupertate afflictos; primitiae enim sacerdotum sunt atque iis ministrantium diaconorum.

XXXI. Idem de reliquiis. 2. Eulogias, quae in mysticis oblationibus supersunt, diaconi ex voluntate episcopi aut presbyter- 20 orum distribuant clero: episcopo partes quatuor, presbytero partes tres, diacono partes duas, ceteris vero, subdiaconis vel lectoribus

exhibentes). De primitiis ac decimis.

2. Similiter, nec vero plane eodem modo oblationes distribuuntur VII, 29, ubi decimae indigentibus tantum, non autem etiam clericis minoribus adiudicantur. Cf. quae disputavi in libro *Die Apost. Konstitutionen* p. 172—173.

XXXI. *Περὶ τῶν περισσευουσῶν* (*περισσευόντων* cod.) *προσφορῶν* (sic d, a v ut c. 27). De oblationibus, quae supersunt.

2. *τὰς περισσευούσας ἐν τ. μ. εὐλογίας*] Ut e consequentibus elucet, auctor eam partem panis et vini a populo oblatis praecipue designat, quae a sacerdote non fuit consecrata. Socrates H. E. VII, 12 refert, Chrysan-

thum episcopum Novatianorum Constantinopolitanorum ab ecclesiis nihil accepisse nisi singulis diebus dominicis duos panes eulogiarum, *δύο ἄρτους τῶν εὐλογιῶν*. Theophilus Alex. Can. VII (Hard. I, 1199) praecipit, ut clerici ea, quae ad sacrificium (*εἰς λόγον θυσίας*) offeruntur, post ea, quae in mysteriorum usum consumuntur, dividant, neve catechumenus ex eis fruatur, sed solum clerici et fratres fideles. Hic autem de particulis consecratis loqui videtur. Et distincte de his dicit Evagrius H. E. IV, 36 referens, Constantinopoli iuxta morem veterem, si quando multae puri et immaculati corporis Christi particulae supersint, pueros incorruptos arcessi easque comedere.

μέρος ἔν. 3. „τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ θεοῦ“, ἕκαστον τιμᾶσθαι κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀξίαν· ἡ γὰρ ἐκκλησία οὐκ ἀταξίας, ἀλλ' εὐταξίας ἐστὶ διδασκαλεῖον.

XXXII. Καγὼ Παῦλος „ὁ τῶν ἀποστόλων ἐλάχιστος“, τάδε
 5 διατάσσομαι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις περὶ κανόνων.
 2. οἱ πρώτως προσιόντες τῷ μυστηρίῳ τῆς εὐσεβείας διὰ τῶν
 διακόνων προσαγέσθωσαν τῷ ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ
 τὰς αἰτίας ἐξεταζέσθωσαν, οὗ χάριν προσῆλθον τῷ κυριακῷ λόγῳ,
 οἱ τε προσενεγκόντες μαρτυρεῖτωσαν αὐτοῖς, ἀκριβῶσαντες τὰ κατ'
 10 αὐτούς. ἐξεταζέσθωσαν δὲ αὐτῶν καὶ οἱ τρόποι καὶ ὁ βίος καὶ
 εἰ δοῦλοί εἰσιν ἢ ἐλεύθεροι. 3. καὶ ἐὰν ἦ τις δοῦλος, ἐρωτάσθω,
 οὗ δεσπότην, καὶ ἐὰν πιστοῦ δοῦλος ἦ, ἐρωτάσθω ὁ κύριος αὐτοῦ,
 εἰ μαρτυρεῖ αὐτῷ· ἐὰν δὲ μή, ἀποβαλλέσθω, ἕως ἂν ἑαυτὸν ἀξιὸν
 ἐπιδείξῃ τῷ δεσπότη· εἰ δὲ μαρτυρεῖ αὐτῷ, προσδεχέσθω. εἰ δὲ
 15 ἔθνικοῦ ἢ οἰκέτης, διδασκέσθω „εὐαρεστεῖν τῷ δεσπότη, ἵνα μὴ
 βλασφημηῖται ὁ λόγος“. 4. εἰ μὲν οὖν ἔχει γυναῖκα ἢ ἡ γυνὴ
 ἄνδρα, διδασκέσθωσαν ἀρκεῖσθαι ἑαυτοῖς· εἰ δὲ ἄγαμοὶ εἰσιν, μαν-
 θανέτωσαν μὴ πορνεύειν, ἀλλὰ γαμεῖν νόμῳ. 5. εἰ δὲ ὁ δεσπότης
 αὐτοῦ, πιστὸς ὢν καὶ εἰδώς, ὅτι πορνεύει, οὐ δίδωσιν αὐτῷ
 20 γυναῖκα ἢ τῇ γυναικὶ ἄνδρα, ἀφοριζέσθω. 6. ἐὰν δὲ τις δαίμονα
 ἔχῃ, διδασκέσθω μὲν τὴν εὐσέβειαν, μὴ προσδεχέσθω δὲ εἰς κοινω-
 νίαν, πρὶν ἂν καθαρῶσθῃ· εἰ δὲ θάνατος κατεπίγῃ, προσδεχέσθω.
 7. εἰ τις πορνοβοσκός, ἢ παυσάσθω τοῦ μαστροπεύειν ἢ ἀποβαλ-
 λέσθω. πόρνη προσιοῦσα ἢ παυσάσθω ἢ ἀποβαλλέσθω. 8. εἰ-
 25 δωλοποιὸς προσιὼν ἢ παυσάσθω ἢ ἀποβαλλέσθω. 9. τῶν ἐπὶ
 σκηνῆς ἐὰν τις προσῆλθῃ ἄνηρ ἢ γυνὴ ἢ ἡνίοχος ἢ μονομάχος ἢ
 σταδιοδρόμος ἢ λουθεμπιστής ἢ ὀλυμπικός ἢ χοραύλης ἢ κιθα-
 ριστής ἢ λυριστής ἢ ὁ τὴν ὄρχησιν ἐπιδεικνύμενος ἢ κάπηλος,
 ἢ παυσάσθωσαν ἢ ἀποβαλλέσθωσαν. 10. στρατιώτης προσιὼν

1 I Tim. 2, 3. — 4 Cor. 15, 9. — 15 Tit. 2, 9. 5.

2 ἑαυτοῦ d | 3 διδασκαλίαν d | 7 διακόνων G : κανόνων e d i. m. |
 8 οὗ : εἰ θῦ d e | 9 προσενέγκαντες d E | 10 ὁ τρόπος d e E | καὶ sec >
 p v | 11 τις ἦ a | 12 οὗ — ἐρωτάσθω a (pr. m. i. m.) d e : > h p v E |
 οὗ (οὐ) δεσπότην a : ὁ δεσπότης d e | κύριος : δεσπότης d e | 13/14 ἐὰν
 δὲ — προσδεχέσθω > e | 13 ἀξιὸν ἑαυτὸν d | 15 ἔθνικὸς h v | ἦ : εἴη d e |
 διδασκέτω d | 16 ἔχει d | 17 δ' a | 18 γαμεῖν + ἐν d p | δ' a | 22 καθα-
 ρισθεῖη h | κατεπίγη e | 24 πόρνη — ἀποβαλλέσθω > vel potius lacunam
 exhibet h | 26 προσῆει d | 27 λουθεμπιστής h | 28 τὴν > d e p

vel cantoribus vel diaconissis, partem unam. 3. *Id enim pulchrum et coram Deo acceptum est*, unumquemque secundum suam dignitatem honorari; nam ecclesia non confusionis, sed ordinis est schola.

XXXII. Et ego Paulus, *apostolorum minimus*, haec de canonicis constituo vobis episcopis et presbyteris. 2. Qui primo ad 5
mysterium pietatis accedunt, episcopo vel presbyteris per diaconos adducantur et causas exquirantur, quare se ad verbum Domini adiunxerint; quique obtulerunt, testimonium eis praebeant, diligenter explorantes, quae ad eos spectant. Examinentur autem eorum mores ac vita, et an servi sint vel liberi. 3. Atque si quis 10
servus est, interrogetur, cuius domini; et si fidelis est servus, interrogetur dominus eius, utrum ei testimonium perhibeat; si non perhibet, reiciatur, donec domino probaverit dignum se esse; si vero ei perhibet testimonium, admittatur; sin autem ethnici est famulus, doceatur *placere domino, ut non blasphemetur verbum*. 15
4. Rursus si habet uxorem aut mulier virum, edoceantur se mutuo esse contenti; sin vero non sunt matrimonio coniuncti, discant non scortari, sed legitimo sociari connubio. 5. Si autem dominus eius, cum sit fidelis et sciat, quod ille scortetur, non dat ei uxorem aut mulieri virum, excommunicetur. 6. Si quis vero dae- 20
monem habeat, doceatur quidem pietatem, sed non recipiatur ad communionem, antequam mundetur; tamen si mors urgeat, recipiatur. 7. Si quis est leno, aut desinat perductorem agere aut repellatur. Meretrix, quae accedit, aut desistat aut reiciatur. 8. Idololorum artifex cum accedit, aut desistat aut reiciatur. 9. Sceni- 25
corum si quis accedat vir sive femina vel auriga vel gladiator vel stadii cursor vel ludorum curator vel olympicus vel choraules vel citharista vel lyristes vel saltationem ostentans vel caupo, aut desistant aut reiciantur. 10. Miles accedens doceatur *nemini in-*

XXXII. *Κανόνες διάφοροι Παύλου τοῦ ἀποστόλου (Παύλου ἀποστόλου διατάξεις περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν d)*. Canones varii Pauli apostoli.

4. Cf. Ps.-Ign. Her. 5, 2.

6. Similiter decernunt synodus Illiberit. c. 37 et Timotheus Alex. Quaest.

II; paulo mitius synodus Arausicana I c. 15.

9. Similiter iudicant de aurigis, pantomimis et theatricis synodi Illiberitana c. 62, Arelatensis I c. 4—5, II c. 20, Hieronymus Vita Hilar. c. 16. Cf. Tert. De spectaculis ac De idololatria; Epiph. Expos. fid. c. 23 (24). — *λονδεμπιστής*] est lanista aut potius ludi procurator.

διδασκέσθω „μὴ ἀδικεῖν, μὴ συκοφαντεῖν, ἀρκεῖσθαι δὲ τοῖς διδο-
 μένοις ὄψωνίοις“· πειθόμενος προσδεχέσθω, ἀντιλέγων δὲ ἀπο-
 βαλλέσθω. 11. ἀρήρητοποιός, κίναιδος, βλάξ, μάγος, ἔπαοιδός,
 ἀστρολόγος, μάντις, θηρεπφός, λῶταξ, ὄχλαγωγός, περιάμματα
 5 ποιῶν, περικαθαίρων, οἰωνιστής, συμβολοδείκτης, παλμῶν ἑρμη-
 νεύς, φυλαττόμενος ἐν συναντήσει λώβας ὄψεως ἢ ποδῶν ἢ
 ὀρνίθων ἢ γαλῶν ἢ ἐπιφωνήσεων ἢ παρακροσμάτων συμβολικῶν,
 χρόνῳ δοκιμαζέσθωσαν, δυσέκνιπτος γὰρ ἢ κακία· πανσάμενοι
 οὖν προσδεχέσθωσαν, μὴ πειθόμενοι δὲ ἀποβαλλέσθωσαν. 12. παλ-
 10 λακὴ τινος ἀπίστου δούλη, ἐκείνῳ μόνῳ σχολάζουσα, προσδεχέσθω·
 εἰ δὲ καὶ πρὸς ἄλλους ἀσελγαίνει, ἀποβαλλέσθω. 13. πιστός ἐὰν
 ἔχη παλλακὴν, εἰ μὲν δούλην, πανσάσθω καὶ νόμῳ γαμείτω, εἰ
 δὲ ἐλευθέραν, ἐγαμείτω αὐτὴν νόμῳ· εἰ δὲ μὴ, ἀποβαλλέσθω.
 <ἐὰν δὲ καὶ πιστὴ δούλῳ συναφθῇ, ἢ πανσάσθω ἢ ἀποβαλλέσθω.>
 15 14. ἑλληνικοῖς τις ἔθεσιν ἑξακολουθῶν ἢ Ἰουδαίκοις μύθοις ἢ μετα-
 θέσθω ἢ ἀποβαλλέσθω. 15. θεατρομανία εἰ τις πρόσκειται ἢ
 κυνηγίαις ἢ ἵπποδρομίαις ἢ ἀγῶσιν, ἢ πανσάσθω ἢ ἀποβαλλέσθω.
 16. ὁ μέλλον καταχεῖσθαι τρία ἔτη καταχεῖσθω· εἰ δὲ σπουδαῖός
 τις ἢ καὶ εὐνοίαν ἔχη περὶ τὸ πρᾶγμα, προσδεχέσθω, ὅτι οὐχ ὁ

1 Luc. 3, 14.

2 ὄψωνίοις + καὶ h p | δὲ > d e | 3 κίναιδος : i. m. e πανοῦργος |
 3/4 ὄχλαγωγός post μάγος d e p E | 4 θηρεπαιδός d e | 6 ὄψεων h p v E |
 ποδῶν : ἀποδώσεις h | 8/9 δυσέκνιπτος — προσδεχέσθωσαν > a, i. m
 δοκιμαζέσθωσαν, δυσέκνιπτος γ. ἢ κακία a² | 13 ἐλευθέρῃ h p | εἰ δὲ μὴ
 ἀποβ. > e | 14 ἐὰν — ἀποβαλλέσθω E : > G | 15 versus 13 post versum 14 h |
 15/16 μετατιθέσθω p | 19 εὐνοίαν h | ἔχει a h p v, ἔχει d | τὸ > d | ὅτι > d

11. βλάξ] Codex e interpretatur i. m.:
 μωρός μὴ . . τὸ πρᾶγμα, post μὴ
 nonnulla exhibens, quae legere non
 potui. — λῶταξ] Chrysostomus Ad
 Eph. hom. XIII, 3: Οὐχ ὄρας τούτους
 τοὺς προσαιτοῦντας, οὓς λῶταγας
 ἡμῖν ἔθος καλεῖν, πῶς περιῖτασι, πῶς
 καὶ αὐτοὺς ἐλεοῦμεν; ἀλλ' ὅμως
 τούτοις οὐδὲ συγγνώμη τίς ἐστίν·
 οὐδὲ γὰρ συγγινώσκομεν αὐτοῖς,
 ὅταν κυβεύοντες ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια
 ἀπολλύουσι. — παλμῶν ἑρμηνεύς]
 Eriph. Expos. fid. c. 23: παλμῶν παρα-

τηρήσεις. Disputat de palpitationum
 observatione Ps.-Iustinus Quaest. ad
 orthod. 19. — φυλαττόμενος ἐν σ.
 λώβας ὄψεως ἢ ποδῶν] Cf. Chrysost.
 Ad illuminandos catech. II, 5 (Bened.
 II, 243).

12. Non distincte dicit, infidelem
 concubinam pro uxore, nec vero praeter
 uxorem habere, sed ita intellegendus
 esse videtur. Concubinitus, de quo
 loquitur, est ergo matrimonium legi
 naturae quidem, non autem legi civili
 consentaneum, et permittitur Christi-

iuriam inferre, non calumniari, contentus esse sibi datis stipendiis; obtemperans his admittatur, repugnans vero reiciatur. 11. Ne-
fandae libidinis perpetrator, cinaedus, lascivus, magus, incantator,
astrologus, vates, captator carminum magicorum, mendicus agyrta,
circulator, amuleta faciens, lustrans, augur, ominum et signorum 5
monstrator, palpitationum interpres, in occurso observans vitia ocu-
lorum aut pedum vel observans aves aut mustelas aut voces aut
symbolicas auditiones, probentur tempore; vix enim potest elui
malitia; cum igitur desierint, admittantur; si non pareant, reician-
tur. 12. Concubina cuiuspiam infidelis mancipium, illi soli dedita, 10
admittatur; si autem etiam cum aliis petulanter agit, reiciatur.
13. Fidelis qui habet concubinam, si servam, desinat et legitime
ducat uxorem, si liberam, eam in uxorem legitimam accipiat; si
nolit, reiciatur. <Si vero fidelis femina coniuncta sit cum servo,
aut desinat aut reiciatur.> 14. Qui gentilium mores sectatur vel 15
iudaicas fabulas, aut mutet vitam aut repellatur. 15. Si quis animum
addicit insaniae theatri aut venationibus aut equestribus cursibus
aut ludorum certaminibus, vel cesset vel reiciatur. 16. Qui erit
catechumenus, per tres annos catechesi informetur; quodsi stu-
diose se gerit et rei desiderio tenetur, admittatur, quia non tempus, 20

anae servae infidelis. Alibi hic concubinatus tolerabatur, etiamsi vir non gentilis erat. Augustinus De fide et operibus c. 19 dicit: De concubina quoque, si professa fuerit nullum se alium cognituram, etiam si ab illo, cui subdita est, dimittatur, merito dubitatur, utrum ad percipiendum baptismum non debeat admitti.

13. Cf. II, 36, 3. Praecipit, ut Christianus omnino legitimum tantum matrimonium ineat. De concubina serva relinquenda Leo Ep. 167 ad Rusticum Narb. c. 6 scribit: Quia aliud est nupta, aliud concubina, ancillam a toro abicere et uxorem certae ingenuitatis accipere, non duplicatio coniugii, sed profectus est honestatis. Synodus Toletana I a. 400 c. 17 autem decernit: Si quis habens uxorem fidelis, si con-

cubinam habeat, non communicet; ceterum qui non habet uxorem et pro uxore concubinam habet, a communi-
one non repellatur, tantum ut unius mulieris, aut uxoris aut concubinae, ut ei placuerit, sit coniunctione contentus. — *εαν δὲ καὶ πιστὴ κτλ.*] Haesitavi, an haec in textu recipienda sint. Considerans autem, epitomatores fere nihil Constitutionibus addidisse atque ob homoeoteleuton verba facillime a librario omitti potuisse, ea prorsus praeterire non ausus sum.

15. Theatrum insectatur Chrysostomus passim.

16. *οὐχ ὁ χρόνος κτλ.*] Basilius can. 2: *ὁρίζειν δὲ μὴ χρόνον, ἀλλὰ τρόπον τῆς μετανοίας τὴν θεραπείαν*, et similiter can. 84.

χρόνος, ἀλλ' ὁ τρόπος κρίνεται. 17. ὁ διδάσκων εἰ καὶ λαϊκὸς ἤ, ἔμπειρος δὲ τοῦ λόγου καὶ τὸν τρόπον σεμνός, διδασκέτω· „ἔδονται“ γὰρ „πάντες διδακτοὶ θεοῦ“.

18. Πᾶς πιστὸς ἢ πιστὴ ἕωθεν ἀναστάντες ἐξ ὕπνου πρὸ
5 τοῦ ἔργου ἐπιτελέσαι νιψάμενοι προσευχέσθωσαν· εἰ δέ τις λόγον
κατήχησις γένηται, προτιμησάτωσαν τοῦ ἔργου τὸν λόγον τῆς εὐ-
σεβείας. 19. ὁ πιστὸς ἢ ἡ πιστὴ τοῖς οἰκέταις εὐμενῶς προσεχέ-
τωσαν, καθὼς καὶ ἐν τοῖς προλαβοῦσιν διαταξάμεθα καὶ ἐν ταῖς
ἐπιστολαῖς ἐδιδάξαμεν.

10 XXXIII. Ἐγὼ Παῦλος καὶ ἐγὼ Πέτρος διατασσόμεθα. 2. ἐρ-
γάζεσθωσαν οἱ δοῦλοι πέντε ἡμέρας, σάββατον δὲ καὶ κυριακὴν
σχολαζέτωσαν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς εὐσεβείας·
τὸ μὲν γὰρ σάββατον εἶπομεν δημιουργίας λόγον ἔχειν, τὴν δὲ
κυριακὴν ἀναστάσεως. 3. τὴν μεγάλην ἑβδομάδα πᾶσαν καὶ τὴν
15 μετ' αὐτὴν ἀργεῖτωσαν οἱ δοῦλοι, ὅτι ἡ μὲν πάθος ἐστίν, ἡ δὲ
ἀναστάσεως, καὶ χρεῖα διδασκαλίας, τίς ὁ παθὼν καὶ ἀναστὰς ἢ
τίς ὁ συγχωρήσας ἢ καὶ ἀναστήσας. 4. τὴν ἀνάληψιν ἀργεῖτωσαν
διὰ τὸ πέρας τῆς κατὰ Χριστὸν οἰκονομίας. 5. τὴν πεντηκοστὴν
ἀργεῖτωσαν διὰ τὴν παρουσίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν δωρη-

3 Ioann. 6, 45; Ies. 54, 13. — 9 Eph. 6, 9; Col. 4, 1.

2 εἴη d e p | δὲ > d | 6 γίνεται d e p | προτιμησάτωσαν d p E :
-σάτω a h v | 7 ὁ . . ἡ > d e p E | 10 Πέτρος . . Παῦλος p E a² i. m. |
ἐγὼ sec > d e h p E | διατασσόμεθα h | 10/11 ἐργάζεσθαι d e p E |
11 τοὺς δούλους d e, τοὺς λαοὺς p E | 12 ἐν > d e p E | τὴν διδασκαλίαν :
τὸν λόγον h | 16 παθὼν : ἀποθανῶν d e | 19 παρορησίαν h

17. εἰ καὶ λαϊκός] Supra III, 20, 2 Constitutor dicit, presbyterum solum docere. Videtur autem ibi de munere praedicandi in ecclesia loqui, non de catechumenis erudiendis. Illud munus inprimis respicit etiam Leo Ep. 118 c. 2; 119 c. 6; 120 c. 6. Notum est ex Eus. H. E. VI, 3; c. 19, 17, Origenem adhuc laicum catechumenos erudivisse, in Palaestina etiam praedicasse. Constitutiones testantur, illo munere laicum etiam tempore posteriore, si opus erat, fungi potuisse.

18. πᾶς πιστὸς κτλ.] Hic incipit sectio de precatione, cuius quasi partem caput sequens facit. — νιψάμενοι] De more lavandi corporis cf. Chrysost. In Gen. hom. XXI, 6: πάση σπονδῇ τὴν ὄψιν τοῦ σώματος καθ' ἐκάστην ἡμέραν ἐκπλύνεις κτλ.; Opus imperf. in Matth. 6, 17.

19. ἐν τοῖς προλαβοῦσιν] sc. IV, 12. XXXIII—XXXIV. Anastasius Quaestio LXIV.

XXXIII. Οἷας (ποιᾶς v) ἡμέρας δεῖ ἀργεῖν τοὺς οἰκέτας (Παύλου καὶ

sed vitae institutum perpenditur. 17. Qui docet, quamvis laicus sit, modo peritus in sermone ac morum probitate ornatus, doceat; *erunt enim omnes a Deo docti*.

18. Omnis Christianus vel Christiana mane ex somno surgentes, antequam opus faciant, lavent se ac precentur; si autem aliqua sermonis catechesis agatur, operi anteponant verbum pietatis. 19. Fidelis vir vel fidelis mulier benigne se habeant erga famulos, sicut et in praecedentibus constituimus et in epistulis docuimus.

XXXIII. Ego Paulus et ego Petrus constituimus. 2. Servi operentur quinque diebus, sabbato autem et dominica vacent in ecclesia propter doctrinam pietatis; nam sabbatum quidem diximus rationem habere creationis, dominicam vero resurrectionis. 3. Magna hebdomade tota et ea, quae illam sequitur, servi otientur, quia illa passionis est, haec resurrectionis, et opus est doceri, quis sit, qui passus est ac resurrexit, vel quis sit, qui pati permisit, quique resuscitavit. 4. Ascensionis die ferientur propter finitam oeconomiam Christi. 5. In pentecoste ferientur ob spiritus sancti

Πέτρον διατάξεις ἀργεῖν τοὺς δούλους κατ' ἑβδομάδα ἡμέρας δύο, τὸ σαββάτον καὶ τὴν κυριακὴν, καὶ σχολάζειν τῇ ἐκκλησίᾳ d e). Quibus diebus famuli debeant ferari.

1. *Παῦλος καὶ Πέτρος*] Paulum nominat ante Petrum. Similiter Ps.-Ignatius Magn. 10, 2; Trall. 5, 2; Ant. 7, 1.

2. *σάββατον*] Contra etiam synodus Laodicensis c. 29 praecipit: *ὅτι οὐ δεῖ Χριστιανούς ἰουδαΐζειν καὶ ἐν τῷ σαββάτῳ σχολάζειν, ἀλλὰ ἐργάζεσθαι αὐτοὺς ἐν αὐτῷ, τὴν δὲ κυριακὴν προτιμῶντας, εἴγε δύναιντο, σχολάζειν ὡς Χριστιανοί.* — *τὸ μὲν γὰρ σάββατον κτλ.*] Cf. Ps.-Ign. Magn. 9, 3. — *εἵπομεν*] scilicet VII, 23, 3.

3. *τὴν μεγάλην ἑβδομάδα π. καὶ τὴν μετ' αὐτήν*] Has duas hebdomades vel dies quindecim paschales leges imperatorum a. 389 et 392 inter ferias forenses enumerant. Cf. Cod. Theod.

II, 8, 2; Iust. III, 12, 2. 3. Similiter Augustinus Serm. 259 n. 6 de quindecim diebus paschalibus dicit, Serm. 232 n. 1 autem, ubi hebdomadem resurrectionis tantum respicit, de diebus septem vel octo. Hebdomadem resurrectionis totam etiam synodus Trullana c. 66 celebrari vult. Idem decernunt synodi Aquisgranensis 809 c. 19, Moguntiaca 813 c. 36, Meldensis 846 c. 77, Engilheimensis 949 c. 6. Mox autem numerus dierum festorum paschalium minuebatur. Cf. quae annotavi ad V, 20, 14. Locutionis hebdomadem passionis magnam vel maiorem appellantis primi testes sunt Chrysostomus In Gen. hom. XXX, 1; In Ps. 145 c. 1 (Bened. IV, 294; V, 525); Peregrinatio Silviae c. 30, 1; 46, 4 ed. Geyer p. 82, 28; 98, 15.

4. Cf. V, 20, 2.

5. Supra V, 20, 14 etiam hebdomas pentecostes celebrari iubetur.

θεῖσαν τοῖς πιστεύουσαις εἰς Χριστόν. 6. τὴν τῶν γενεθλίων
 ἐορτὴν ἀργεῖωσαν διὰ τὸ ἐν αὐτῇ τὴν ἀπροσδόκητον χάριν δε-
 δόσθαι ἀνθρώποις, γεννηθῆναι τὸν τοῦ θεοῦ λόγον Ἰησοῦν Χρι-
 στὸν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου ἐπὶ σωτηρία τοῦ κόσμου. 7. τὴν
 5 τῶν ἐπιφανίων ἐορτὴν ἀργεῖωσαν διὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἀνάδειξιν
 γεγενῆσθαι τῆς τοῦ Χριστοῦ θεότητος, μαρτυρήσαντος αὐτῷ τοῦ
 πατρὸς ἐν τῷ βαπτίσματι καὶ τοῦ παρακλήτου ἐν εἴδει περιστεῶς
 ὑποδείξαντος τοῖς παρεστῶσι τὸν μαρτυρηθέντα. 8. τὰς ἡμέρας
 τῶν ἀποστόλων ἀργεῖωσαν· διδάσκαλοι γὰρ ὑμῶν εἰς Χριστόν
 10 κατέστησαν καὶ πνεύματος ὑμᾶς ἡξίωσαν ἁγίου. 9. τὴν ἡμέραν
 Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος ἀργεῖωσαν καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων
 μαρτύρων τῶν προτιμησάντων Χριστόν τῆς ἑαυτῶν ζωῆς.

XXXIV. Εὐχὰς ἐπιτελεῖτε ὄρθρου καὶ τρίτη ὥρα καὶ ἕκτη καὶ
 ἐνάτη καὶ ἑσπέρα καὶ ἀλεκτοροφωνία· 2. ὄρθρου μὲν εὐχαρι-
 15 στοῦντες, ὅτι ἐφώτισεν ὑμῖν ὁ κύριος, παραγαγὼν τὴν νύκτα καὶ
 ἐπαγαγὼν τὴν ἡμέραν· 3. τρίτη δέ, ὅτι ἀπόφασιν ἐν αὐτῇ ὑπὸ
 Πιλάτου ἔλαβεν ὁ κύριος· 4. ἕκτη δέ, ὅτι ἐν αὐτῇ ἐσταυρώθη·
 5. ἐνάτη δέ, ὅτι πάντα κεκίνητο τοῦ δεσπότητος σταυρουμένου,
 φρίττοντα τὴν τόλμαν τῶν δυσσεβῶν Ἰουδαίων, μὴ φέροντα τοῦ
 20 κυρίου τὴν ὕβριν· 6. ἑσπέρα δὲ εὐχαριστοῦντες, ὅτι ὑμῖν ἀνά-
 παυσιν ἔδωκεν τῶν μεθήμερινῶν κόπων τὴν νύκτα· 7. ἀλεκτρο-
 ὄνων δὲ κραυγῇ διὰ τὸ τὴν ὥραν εὐαγγελίζεσθαι τὴν παρουσίαν
 τῆς ἡμέρας εἰς ἐργασίαν τῶν τοῦ φωτὸς ἔργων. 8. εἰ μὴ δυνατὸν

7 Mt. 3, 16. — 18 Mt. 27, 46. 51.

1 εἰς + τὸν h | 2 τὴν > d e | 2/5 τὴν ἀπροσδ. — αὐτῇ > h |
 3 Ἰησοῦν + τὸν d e | 5 ἐπιφανίων a (-νειῶν) d e cf. An : θεοφανίων
 p v E | 9 ἡμῶν e | 10 ἡμᾶς d e | ἁγίου > a | 14 ἑσπέρας h v | ἀλεκτορο-
 φωνίας e h p | 15 ὑμῖν a d e v : ὑμᾶς h, ἡμᾶς p | 16 ἐν αὐτῇ ἀπόφασιν
 ἀπὸ d e p | 18 ἐσταυρωμένον a d | 20 ἑσπέραν e v, ἐφ' ἑσπέραν d | 21 δέ-
 δωκε h | καθημερινῶν e | 23 versus 8—13 et capita XXXV—XXXIX > p

6—7. Cf. V, 13, 1. 2. Adnotationi
 ad hunc locum institutae haec addenda
 sunt. Erbes in *Zeitschrift für Kirchen-
 geschichte* XXV (1904), 329—79; XXVI
 (1905), 1—58 e Martyrologio syriaco
 (cf. adnot. ad v. 8) et testimoniis aliis
 demonstrare conatus est, festum natale
 Domini in Asia minore iam circa an-
 num 341 celebratum et Constantinopoli

iam a Constantino Magno invecum
 fuisse, mihi autem non probasse vi-
 detur.

8. Saeculo IV in Oriente duos anni
 dies apostolis dedicatos fuisse scimus,
 scilicet diem XXVII Decembris Ioanni
 et Iacobo, diem XXVIII eiusdem mensis
 Petro et Paulo. Cf. Aphraatis hom. 21
 s. f., ed. germ. Bert 1888 p. 347 sq.;

adventum, concessum iis, qui in Christum crediderunt. 6. Festo natalis cessent ab opere, eo quod tunc hominibus tributum fuit inexpectatum beneficium, ut nempe Dei verbum Iesus Christus ex Maria virgine nasceretur ad mundi salutem. 7. In epiphaniae festo vacent, quia in eo demonstrata est Christi divinitas, quando pater testimonium ei praebebat in baptismo, et paracletus in specie columbae ostendit eum, cui perhibitum erat testimonium. 8. In apostolorum diebus ferientur; doctores enim vestri fuerunt in Christo vosque spiritu sancto donarunt. 9. In die Stephani primi martyris ferientur atque in diebus ceterorum sanctorum martyrum, qui Christum praetulerunt vitae suae.

XXXIV. Precationes facite mane et tertia hora ac sexta et nona et vespere atque in gallicinio: 2. mane gratias agentes, quod Dominus abducta nocte et inducto die illuminavit vos; 3. tertia hora, quoniam in ea Dominus sententiam damnationis excepit a Pilato; 4. sexta, quod in ea crucifixus est; 5. nona, quia cuncta commota sunt, cum Dominus crucifigeretur, quia horrebant impiorum Iudaeorum temeritatem nec ferebant contumeliam Domino illatam; 6. vespere gratias agentes, quod vobis noctem dedit laborum diurnorum quietem; 7. in gallorum cantu, eo quod illa hora nuntiat adventum diei ad facienda opera lucis. 8. Si

Gregor. Nyss. In laudem Basilii M. oratio; Martyrologium syriacum ed. Wright, *Journal of Sacred Literature* 1865/66, ed. E. Egli, *Altchristliche Studien* 1887 p. 6. Constitutor fortasse hos tantum dies ante oculos habet; fortasse autem omnes apostolorum dies celebrari vult.

9. Festi Stephani primi testes sunt eidem, qui v. 8 laudati sunt. Supra V, 20 dies Stephani et apostolorum non commemorantur, quia auctor ibi non nisi de festis Domini agere voluit.

XXXIV. Πολας ὥρας καὶ διὰ τί ἐν ταύταις δεῖ προσεύχεσθαι (> v, περὶ ὥρῶν διὰ τί ὀφείλουσι ψάλλεσθαι παράδοσις d). Quibus horis et quare in eis precandum sit.

1. Eisdem horas monasterium Paulae

in Bethleem observabat testante Hieronymo in Epitaphio Paulae Ep. 108 c. 19: Mane, hora tertia, sexta, nona, vespere, noctis medio per ordinem psalterium cantabant. Modo ultima hora paulum differt. Similiter Hieron. Ep. 22 c. 37; 107 c. 9; 130 c. 15; Cass. Instit. III, 4. Disputaverunt de hac re Batiffol, *Histoire de Bréviaire Romain* 1894; Bäumer, *Geschichte des Breviers* 1895.

1—5. Ps.-Ign. Trall. 9, 5.

3. Hierosolymis saeculo IV exeunte teste Peregrinatione Silviae officium Tertiae non cotidie, sed tempore Quadragesimae solum celebrabatur. Cf. Cabrol, *Étude sur la Peregrinatio Silviae* 1895 p. 45.

3—4. Cf. V, 14, 14.

ἐν ἐκκλησίᾳ προΐεναι διὰ τοὺς ἀπίστους, κατ' οἶκον συνάξεις, ὃ
ἐπίσκοπε, ἵνα μὴ εἰσέρχεται εὐσεβῆς εἰς ἐκκλησίαν ἀσεβῶν· οὐχ
ὁ τόπος γὰρ τὸν ἄνθρωπον ἀγιάζει, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος τὸν τόπον.
9. ἐὰν δὲ ἀσεβεῖς κατέχωσιν τὸν τόπον, φευκτέος σοι ἔστω διὰ
5 τὸ βεβηλωθῆναι ὑπ' αὐτῶν· ὡς γὰρ οἱ ὅσοι ἱερεῖς ἀγιάζουσιν,
οὕτως οἱ ἑναγεῖς μιáινουσιν. 10. εἰ μήτε ἐν οἴκῳ ἅμα μήτε ἐν
ἐκκλησίᾳ συναθροισθῆναι δυνατόν, ἕκαστος παρ' ἑαυτοῦ ψαλλέτω,
ἀναγινωσκέτω, προσευχέσθω, ἢ καὶ ἅμα δύο ἢ τρεῖς· „Ὅπου γὰρ
ἂν ὦσι“, φησὶν ὁ κύριος, „δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι ἐν τῷ ὀνόματι
10 μου, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν“. 11. πιστὸς μετὰ κατηγουμένου
μήτε κατ' οἶκον προσευχέσθω· οὐ γὰρ δίκαιον τὸν μεμνημένον
μετὰ τοῦ ἀμνήτου συμολύνεσθαι. 12. εὐσεβῆς μετὰ αἵρετικῶν
μήτε κατ' οἶκον συμπροσευχέσθω· „τίς“ γὰρ „κοινωνία φωτὶ
πρὸς σκότος“; 13. πιστὸς ἢ πιστῆ δούλοις συναφθέντες ἢ ἀφι-
15 στάσθωσαν ἢ ἀποβαλλέσθωσαν.

XXXV. Καγὼ Ἰάκωβος, ἀδελφὸς μὲν κατὰ σάρκα τοῦ Χριστοῦ,

8 Mt. 18, 20. — 13 II Cor. 6, 14. — 16 Gal. 1, 19; Iac. 1, 1.

1 διὰ τ. ἀπίστους προΐεναι p v | 4 φευκταῖος a h v, φευκτέον d e |
ἔστω σοι d e | 5 βεβηλωθῆναι h | 6 οὕτως + καὶ h | εἰ + δὲ d e | ἅμα
e h m v E : > a d | 7 ἕκαστος + ἐκλεκτὸς e | παρ' > d e | 8/9 ὅπου —
τρεῖς a², > a | 9 ἂν : ἐὰν d e, > h a² | φησὶν ὁ κύριος > h | 10 μου +
εἶπεν ὁ κ̄ h | 13 μήτε κατ' οἶκον : κατ' οἴκων (κατοικῶν d) μήτε d e |
προσευχέσθω d e h m v | 14 δούλοι a | 15 ἀποβαλλέσθωσαν : abhinc inscribens
Κανόνες ἐκκλησιαστικοὶ e exhibet Canones apost. I—IV, deinde pergit cap.
XLII | 16 τοῦ χ̄ν κατὰ σάρκα v

8. οὐχ ὁ τόπος κτλ.] Cf. Chrysost. De Chananaea hom. c. 11 (Bened. III, 442): οὐ ζητεῖται τόπος, ἀλλ' ἀρχὴ τρόπου κτλ.

10. Cf. Tert. De fuga c. 14.

12. Cf. Eus. H. E. VI, 2, 14.

13. Eadem fere compendiose repetuntur, quae c. 32, 13 dicta sunt, sed in loco minus consentaneo ponuntur.

XXXV. Διάταξις περὶ λυχνικῶν (d praemittens Ἰακώβου ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων τοῦ κατὰ σάρκα ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου, a v ut c. 27). Constitutio de officio lucernali. — Officium totum complectitur capita 35—37; de-

inde c. 38—39 sequitur officium matutinum. Quae officia saeculis tribus prioribus non cognita erant. Clemens Alex. Strom. VII, 7, 40 p. 854 ac Tertullianus De orat. c. 25; De ieiun. c. 10 horas tertiam sextam nonam tantum precationi constitutas vel sollemniores in orationibus divinis appellant, iique sic dicentes non liturgiam publicam respexerunt, qualis in Constitutionibus describitur. Illa officia saeculo IV currente in consuetudinem venerunt. Cf. Basil. Ep. 207; Chrysost. In I Tim. hom. XIV, 4; Peregrinatio Silviae c. 24, 4—6; Paulin. Vita Am-

propter infideles impossibile est ad ecclesiam procedere, in domo aliqua congregationem facies, episcopo, ne pius ingrediatur in ecclesiam impiorum; non enim locus hominem sanctificat, sed homo locum. 9. Quodsi impii locum detineant, fugiendus tibi sit, utpote ab iis profanatus; quemadmodum enim pii sacerdotes sanctificant, ita impuri polluunt. 10. Si neque in domo simul neque in ecclesia congregatio potest agitari, unusquisque apud se psallat, legat, precetur, vel duo aut tres simul: *Ubi enim sunt duo vel tres, inquit Dominus, congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* 11. Fidelis ne domi quidem oret cum catechumeno; non enim aequum est, initiatum cum non initiato coinquinari. 12. Pius cum haeretico nec domi comprecetur; *quae enim societas luci ad tenebras?* 13. Christianus vel Christiana servis coniuncti aut separentur aut reiciantur.

XXXV. Et ego Iacobus, frater quidem Christi secundum

brosii c. 13. In Peregrinatione Silviae l. c. officium sic describitur: »Hora autem decima (quod appellant hic liconicon, nam nos dicimus lucernare) similiter se omnis multitudo colliget ad Anastasim, incenduntur omnes candelae et cerei, et fit lumen infinitum. Lumen autem de foris non affertur, sed de spelunca interiori eicitur, ubi noctu ac die semper lucerna lucet, id est de intro cancellos; dicuntur etiam psalmi lucernares, sed et antiphonae diutius. Ecce et commonetur episcopus, et descendet, et sedet susum, nec non etiam et presbyteri sedent locis suis: dicuntur ymni vel antiphonae. Et ubi perdicti fuerint iuxta consuetudinem, levat se episcopus, et stat ante cancellum, id est ante speluncam, et unus ex diaconibus facit commemorationem singulorum, sicut solet esse consuetudo. Et diacono dicente singulorum nomina semper pisinni plurimi stant, respondentes semper: Kyrie eleyson, quod dicimus nos: Miserere Domine, quorum voces infinitae sunt. Et at ubi diaconus perdixerit omnia, quae dicere habet,

dicet orationem primum episcopus, et orat pro omnibus; et sic orant omnes, tam fideles quam et cathecumini simul. Item mittet vocem diaconus, ut unusquisque, quomodo stat, cathecumini inclinet caput; et sic dicet episcopus stans benedictionem super cathecuminos. Item fit oratio, et denuo mittet diaconus vocem, et commonet, ut unusquisque stans fidelium inclinent capita sua; item benedicet fideles episcopus, et sic fit missa Anastasi. Et incipient episcopo ad manum accedere singuli«. Officium autem nondum plane finitum est. Populus potius ex Anastasi in alias ecclesias pergit, ubi eadem fiunt atque in illa. Cf. Peregrinatio c. 25—27. Synodus Agathensis 506 c. 30 decernit: Hymni matutini et vespertini diebus omnibus decantentur, et in conclusione matutinarum vel vespertinarum missarum post hymnos capitella de psalmis dicantur, et plebs collecta oratione ad vesperam ab episcopo cum benedictione dimittatur. Cf. syn. Tarrag. 516 c. 7; Barcin. 540 c. 2.

δοῦλος δὲ ὡς θεοῦ μονογενοῦς, ἐπίσκοπος δὲ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου καὶ τῶν ἀποστόλων Ἱεροσολύμων χειροτονηθεὶς, τάδε φημί. 2. ἑσπέρας γενομένης συναθροίσαι τὴν ἐκκλησίαν, ᾧ ἐπίσκοπε· καὶ μετὰ τὸ ῥηθῆναι τὸν ἐπιλύχνιον ψαλμὸν προσφωνήσῃ 5 ὁ διάκονος ὑπὲρ τῶν κατηγουμένων καὶ χειμαζομένων καὶ τῶν φωτιζομένων καὶ τῶν ἐν μετανοίᾳ, ὡς προείπομεν.

XXXVI. Μετὰ δὲ τὸ ἀπολυθῆναι αὐτοὺς ὁ διάκονος ἐρεῖ· Ὅσοι πιστοί, δεηθῶμεν τοῦ κυρίου, καὶ μετὰ τὸ προσφωνῆσαι αὐτὸν τὰ τῆς πρώτης εὐχῆς ἐρεῖ· 2 (XXXVI). Σῶσον καὶ ἀνά- 10 στησον ἡμᾶς, ὁ θεός, διὰ τοῦ Χριστοῦ σου. 3. ἀναστάντες αἰτησώμεθα τὰ ἐλέη τοῦ κυρίου καὶ τοὺς οἰκτιρομὸς αὐτοῦ, τὸν ἄγγελον τὸν ἐπὶ τῆς εἰρήνης, τὰ καλὰ καὶ τὰ συμφέροντα, χριστιανὰ τὰ τέλη, τὴν ἑσπέραν καὶ τὴν νύκτα εἰρηνικὴν καὶ ἀναμάρτητον, καὶ πάντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀκατάγνωστον 15 αἰτησώμεθα· ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους τῷ ζῶντι θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ παραθώμεθα.

XXXVII. Καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἐπευχόμενος λεγέτω· 2 (XXXVII). Ὁ ἄναρχος θεὸς καὶ ἀτελεύτητος, ὁ τῶν ὄλων ποιητὴς διὰ Χριστοῦ καὶ κηδεμών, πρὸ δὲ πάντων αὐτοῦ θεὸς καὶ πατήρ, ὁ τοῦ πνεύ- 20 ματος κύριος καὶ τῶν νοητῶν καὶ αἰσθητῶν βασιλεὺς, ὁ ποιήσας ἡμέραν πρὸς ἔργα φωτὸς καὶ νύκτα εἰς ἀνάπαινον τῆς ἀσθενείας ἡμῶν· „σὴ“ γάρ „ἔστιν ἡ ἡμέρα καὶ σὴ ἔστιν ἡ νύξ, σὺ κατηρτίσω φαῦσιν καὶ ἥλιον“· αὐτὸς καὶ νῦν, δέσποτα φιλόανθρωπε καὶ πανάγαθε, εὐμενῶς πρόσδεξαι τὴν ἑσπερινὴν εὐχαριστίαν ἡμῶν 25 ταύτην. 3. ὁ διαγαγὼν ἡμᾶς τὸ μῆκος τῆς ἡμέρας καὶ ἀγαγὼν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς τῆς νυκτός, φύλαξον ἡμᾶς διὰ τοῦ Χριστοῦ σου· εἰρηνικὴν παράσχου τὴν ἑσπέραν καὶ τὴν νύκτα ἀναμάρτητον, καὶ καταξίωσον ἡμᾶς τῆς αἰωνίου ζωῆς διὰ τοῦ Χριστοῦ σου, δι'

4 Ps. 140. — 22 Ps. 73, 16.

1 μονογενοῦς + νιοῦ d | 2 κυρίου : χῦ d | 5 καὶ χειμαζομένων > d | 7 αὐτοῖς d | 8 τοῦ κ. δεηθῶμεν m | 9 ἐρεῖς h | καὶ > h | 10 ὁ θεός > h | 10/11 αἰτήσωμεν d | 12 τὸν ἐπὶ > h | τὰ sec > d m | 16 παραθῶμεν a | 18 θεός a d : > h m v | ποιητῆς : προνοητῆς h | διὰ Χριστοῦ > h | 19 πρὸ — αὐτοῦ : αὐτοῦ δὲ h m v | 20 κύριος a d : προβολεὺς h m v | 21 νύκταν h | 22 ἡ pr > a | 24 πανάγαθε : τὸ πᾶν ἀγαθὲ m v | ἑσπερινὴν > h | 27 ἀναμάρτητον + καὶ ἀφαντασίαστον d | 28 αἰωνίου + σου v

2. τὸν ἐπιλύχνιον ψαλμόν] i. e. refert, Psalmum illum cotidie Antiochiaie recitatum fuisse. — ὡς προείπομεν] sc. c. 6—9.

carnem, servus autem eius ut Dei unigeniti, episcopus vero Hierosolymorum ab ipso Domino et ab apostolis ordinatus haec dico. 2. Cum fuerit vespera, congregabis ecclesiam, o episcope; et postquam dictus fuerit psalmus lucernalis, recitabit diaconus orationes pro catechumenis, energumenis, competentibus et paenitentibus, 5 ut supra diximus.

XXXVI. Cumque ii dimissi fuerint, diaconus dicet: Qui fideles sumus, oremus Dominum, et postquam recitaverit illa, quae in prima oratione, dicet: 2. (XXXVI). Serva et suscita nos, Deus, per Christum tuum. 3. Suscitati postulemus misericordias Domini 10 atque miserationes eius, angelum paci praepositum, bona et conducibilia, finem vitae christianum, vesperam noctemque pacatam ac peccato vacuam cunctumque vitae nostrae tempus irreprehensum postulemus. Nos ipsos atque invicem viventi Deo per Christum eius commendemus. 15

XXXVII. Et episcopus orans dicat: 2 (XXXVII). Deus, principii expers ac fine carens, omnium per Christum opifex et rector, ante cuncta vero illius Deus ac pater, spiritus dominus et eorum rex, quae intellegi ac sentiri possunt; qui fecisti diem ad opera lucis et noctem ad requiem infirmitatis nostrae; namque 20 *tuius est dies et tua est nox; tu aptasti lucem et solem;* ipse et nunc, Domine, hominum amator ac optime, suscipe clementer hanc nostram gratiarum actionem vespertinam. 3. Qui traduxisti nos per diei longitudinem et duxisti ad noctis initia, custodi nos per Christum tuum; tranquillam praebe vesperam et noctem peccato 25 liberam, atque nos vita aeterna dignare per Christum tuum, per

XXXVI. Προσφώνησις ἐπιλύχνιος.
Oratio lucernalis.

1. τὰ τῆς πρώτης εὐχῆς] sc. orationem fidelium c. 10, 3—21; cf. c. 12, 1; 41, 1. Quam orationem in officiis vespertino ac matutino recitatam fuisse testatur etiam Chrysostomus In I Tim. hom. VI, 1 dicens: καθ' ἐκάστην ἡμέραν γάρ, καὶ ἐν ἐσπέρῳ καὶ ἐν πρωΐᾳ, . . ὑπὲρ παντὸς τοῦ κόσμου καὶ βασιλέων καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων ποιούμεθα τὴν δέησιν, ὑπὲρ τῶν πιστῶν.

FUNK, DIDASC. ET CONSTIT. AP. I.

2—3. Cf. c. 6, 8; 38, 1. 2.

3. τὸν ἄγγελον τὸν ἐπὶ τῆς εἰρήνης] De angelo pacis cf. Henoch 52, 5; 53, 4; 54, 4; 56, 2; 60, 24; Basil. Ep. 11. Patres etiam alios similes angelos commemorant: angelum paenitentiae Hermas Vis. V, 7; Clemens Alex. Quis dives c. 42 p. 961; angelum orationis Tertullianus De oratione c. 12; angelum baptismi idem De baptismo c. 4—5, etc.

XXXVII. Εὐχαριστία ἐπιλύχνιος.
Gratiarum actio lucernalis.

οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας ἐν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν. 4. καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· Κλίνετε τῇ χειροθεσίᾳ. 5. καὶ ὁ ἐπίσκοπος λεγέτω· Θεὸς πατέρων καὶ κύριε τοῦ ἐλέους, ὁ τῇ σοφίᾳ σου κατασκευάσας ἄνθρωπον, τὸ λογικὸν ζῶον τὸ θεοφιλὲς
 5 τῶν ἐπὶ γῆς, καὶ δοὺς αὐτῷ τῶν ἐπὶ τῆς χθονὸς ἄρχειν, καὶ καταστήσας γνώμη σῆ ἄρχοντας καὶ ἱερεῖς, τοὺς μὲν πρὸς ἀσφάλειαν τῆς ζωῆς, τοὺς δὲ πρὸς λατρείαν ἔννομον· 6. αὐτὸς καὶ νῦν ἐπικάμφθητι, κύριε παντοκράτορ, καὶ „ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸν λαόν σου“, τοὺς κάμφσαντας ἀνχένα καρδίας αὐτῶν,
 10 καὶ εὐλόγησον αὐτοὺς διὰ Χριστοῦ, δι’ οὗ ἐφώτισας ἡμᾶς φῶς γνώσεως καὶ ἀπεκάλυψας ἡμῖν σαυτόν, μεθ’ οὗ σοὶ καὶ ἡ ἐπάξιος ὀφείλεται προσκύνησις παρὰ πάσης λογικῆς καὶ ἁγίας φύσεως καὶ πνεύματι τῷ παρακλήτῳ εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν. 7. καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· Προέλθετε ἐν εἰρήνῃ.

15 XXXVIII. Ὡσαύτως ὀρθρον ὁ διάκονος μετὰ τὸ ῥηθῆναι τὸν ὀρθρινὸν καὶ ἀπολυῖσαι αὐτὸν τοὺς κατηχουμένους καὶ χειμαζομένους καὶ βαπτιζομένους καὶ τοὺς ἐν μετανοίᾳ καὶ τὴν ὀφειλομένην ποιήσασθαι προσφώνησιν, ἵνα μὴ πάλιν λέγωμεν τὰ αὐτά, ἐπιφερέτω μετὰ τὸ Σῶσον αὐτούς, ὁ θεός, καὶ ἀνάστησον ἐν τῇ
 20 χάριτί σου· 2. Αἰτησώμεθα παρὰ τοῦ κυρίου τὰ ἐλέη αὐτοῦ καὶ τοὺς οἰκτιρομούς, τὸν ὀρθρον τοῦτον καὶ τὴν ἡμέραν εἰρηρικὴν καὶ ἀναμάρτητον καὶ πάντα τὸν χρόνον τῆς παρεπιδημίας ἡμῶν, τὸν ἄγγελον τὸν ἐπὶ τῆς εἰρήνης, χριστιανὰ τὰ τέλη, ἴλεων καὶ εὐμενῆ τὸν θεόν· ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους τῷ ζῶντι θεῷ διὰ τοῦ
 25 μονογενοῦς αὐτοῦ παραθώμεθα. 3. καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἐπευχόμενος λεγέτω· 4 (XXXVIII). „Ὁ θεὸς τῶν πνευμάτων καὶ πάσης σαρκός“, ὁ ἀσύγκριτος καὶ ἀπροσδεής, ὁ δοὺς τὸν ἥλιον εἰς ἔξουσίαν

5 Gen. 1, 28. — 8 Ps. 30, 17. — 16 Ps. 62. — 26 Num. 16, 22. — 27 Gen. 1, 16.

1 σέβας : κράτος d | ἐν : σὺν h m v | 2/3 κλίνετε — λεγέτω > h, lacuna quidem signata est, sed verba i. m. non leguntur | 3 ἐπίσκοπος + εὐχόμενος d | ἐλέους + σου d | 5 ἐπὶ + τῆς m | αὐτῷ + τὸ d | τῆς : γῆς d | 8 παντοκράτωρ d h v | 9 τὸν λαόν : τοὺς δούλους d | 11 σεαυτόν m v, αὐτόν h | μεθ’ : δι’ d | 12/13 καὶ πν. : ἐν πνεύματι ἁγίῳ d | 14 προέλθατε h, προσέλθετε d v | 15 ὡσαύτως + καὶ d | 18 λέγω m | 20 τοῦ > a | 24 εὐμενεῖ τῷ θῶ d | 26 θεὸς + ὁ a

5. Inscribit Χειροθεσία ἐπιλύχνιος v. tiarum actio matutina. — Peregrinatio XXXVIII. Εὐχαριστία ὀρθρινή. Gra-Silviae c. 24, 2 liturgiam matutinam

quem tibi gloria, honor ac veneratio in sancto spiritu in saecula, amen. 4. Et diaconus dicat: Inclinate ad manuum impositionem. 5. Ac dicat episcopus: Deus patrum ac Domine misericordiae, qui sapientia tua fabricatus es hominem, animal ratione praeditum, maxime ex iis quae in terra sunt charum Deo, et tribuisti ei, ut imperaret rebus terrestribus, quique voluntate tua principes ac sacerdotes constituisti, illos quidem ad vitae securitatem, hos vero ad legitimum cultum: 6. ipse nunc etiam inflectere, Domine omnipotens, et *ostende faciem tuam super populum tuum*, eos, qui cervicem cordis sui incurvarunt, et benedic eis per Christum, per quem illustrasti nos lumine cognitionis ac revelasti nobis te ipsum, cum quo ab omni rationali et sancta natura debetur tibi adoratio condigna et spiritui paraclito in saecula, amen. 7. Et diaconus dicat: Exite in pace.

XXXVIII. Similem in modum mane diaconus, cum dictus fuerit psalmus matutinus, cumque ipse dimiserit catechumenos, energumenos, competentes ac paenitentes feceritque solemnem precationem, ne iterum eadem referamus, post illud: Serva nos, Deus, et suscita in gratia tua, subiungat: 2. Postulemus a Domino misericordias eius atque miserationes, hoc matutinum et hunc diem cunctumque peregrinationis nostrae tempus pacatum et peccato vacuum, angelum paci praepositum, finem vitae christianum, Deum propitium et clementem. Nos ipsos et mutuo viventi Deo commendemus per unigenitum eius. 3. Et episcopus orans dicat: 4 (XXXVIII). *Deus spirituum et omnis carnis*, incomparabilis ac nullius rei indigus, qui dedisti solem, ut praeeset diei, lunam vero

 καὶ C, 26 ὁ θεός : >, 28 τοὺς : > cf. C, ἡμωδίασαν C : ἔμωδίασαν.

Fragm. II p. 21 l. 3 βασιλέως : + Ἀσσοῦ Boor I, 236 C, 5 σιδηρω-
 μένος : σεσιδηρωμένος ὄλος cf. C, 11 ἀπέστρεψεν : ἐπέστρεψεν C, 13 αὐτοῦ
 C : >

Fragm. III p. 21 l. 3/4 ἀμαρτάνων πειράζει : ἀμαρτάνῃ πειράζων Boor
 I, 240 C, 8 ἡ γραφή C : >, 9 ὁ τοῦ Μανασσῆ υἱός : > C, παραβάσεως
 C (+ κακόν) : πονηρόν.

Fragm. IV p. 21 l. 3 τῶν αἰρέσεων τῶν νέων : τῶν νέων αἰρέσεων
 Boor I, 373 C, 6 ἐσάλευσε : ἐσκύλευσε cf. C, 6/7 ἐνεργείας καὶ ἐμπειρίας :
 ἐμπειρίας καὶ ἐνεργείας cf. C, p. 22 l. 2 καὶ Νικήτου C : >, 3 ἀδελφοῦ :
 ἀδελφῶν C, 3/4 Ῥωμαίων ἐπισκόπου τε καὶ πολίτου C : Ῥωμαίον, 4 μαθη-
 τευθέντος C : μαθητεύσαντι, 6 ἐκ τῶν . . λόγων : εἰς τὸν . . λόγον C,
 8 καταβαλὼν C : κατέβαλα, 12 ὅς : ὡς καὶ C, 13 προσελθὼν : προσελθὼν C,
 17 ἐπιχορηγεῖν : ἐπιχορηγήσειν C, 19 ἰκέτευσα : ἰκέτευον C, 21 εἰμί : +
 ἐγὼ C, 25 τοῦ : καὶ τοῦ cf. C, ὁ : > C, 26 τέλειον ἀπεσβέσθη : τέλειον
 ἀπέσβη.

Fragm. V p. 22 l. 4/5 ἔξαμαρτόντων . . . οἰομένων cf. C : ἔξαμαρ-
 τόντας . . . οἰομένους Boor II, 425, 6 καὶ : ἀλλ' C, 8 εἰσί : ἐστὶ C, 10 συν-
 αγάγετε : καὶ σ. C, 11 κρέα C : τὰ κρέα, p. 23 l. 4 ἔρχησθε C : ἔρχεσθε,
 6 φέρετε : + μοι C, 10 ἀλλαχοῦ : >, 12 πάλιν : >, 16/17 καὶ ἀπόδος —
 σου C : >, 20 κακίας : + καὶ, 21 γάρ C : + φησὶν, τῷ θεῷ : κυρίῳ
 cf. C, 25 ἀγαθόν : ἀγαθῆ C, 25/27/29 θυσίας : θυσίαν C, 27 ἀκούειν : εἰς-
 ακούειν C, 31 πάλιν : πάλαι, αὐτῶν cf. C : αὐτάς, 33 Μωϋσέως : Μωσέως C,
 p. 24 l. 9 ὄθεν : ὅπου C, 10 αὐτούς : αὐτοῖς C, 17 στιβάσι : στιβώσει C,
 18 μωσοποιίας : + εἶρηκεν, 25 καθαρὰ : καλά, 26 δὴ : + καὶ, 28 παρα-
 κούοντι : παρακούοντες, 29 πιεζόμενοι : + καὶ C, καὶ : >, 33 ἔρχονται
 cf. C : ἔρχονται, 36 ἐπιλαθόμενοι : ἐπιλανθανόμενοι, p. 25 l. 2 Μολὸχ C :
 Μολχώμ, 3 ποτέ : καὶ ποτέ, 4 ἀνθρώπων : ἀνθρώποις C, 5 πεποίηκεν : ἐποίησε,
 τὰ : >, 8 ἐν : ὡς ἐν C, 10 ἐνέπλησαν : ἔπλησαν C

Fragm. VI p. 25 l. 4 θυσίας : θυσίαν C Boor II, 464, 5 καὶ οὐχ ἑαυτῶ :
 οὐχ ἑ. γάρ C, ἀλλά : ἀλλ' ὁ C, 6 θεοῦ : τοῦ θ. C, 9 Ὁζιον : Ὁζία C,
 14 διάκονον ἢ διακόνισσαν : διακόνους ἢ διακονίσσας C, 15 ἀναγνώστας
 C : + ἢ ψάλτας, 16 ἢ τάξις ἢ : τάξις C

Fragm. VII p. 26 l. 2/3 κατηγορίαν : ψευδηγορίαν Boor II, 511, 7 γάρ :
 + φησὶν, 13 ἐπονηρεύσατο : + ποιῆσαι C, 15 ἐφονεύσατο : ἐφόνευσεν C,
 25 ἀξιοχρέων : + δηλονότι, 26 ζητεῖσθαι : ἐπιζητεῖσθαι C, p. 27, 2 εἰ p
 C : >, 7 λέγει : λέξει.

Fragm. VIII p. 27 l. 2 οἱ : > Boor II, 387, 3 χρᾶσθαι : κεχοῆσθαι C,
 7 τὸν τ. ἡμῶν : ἡμῶν τὸν τ. C, 9 τὴν ἐξουσίαν : τῆς ἐξουσίας C, 10/11 κε-
 κωλυμένοι : + δὲ C, 11 ἀναιρεῖν : + οὐς θέλονσι C, 11/12 οὐ συγχωροῦνται :

> C, p. 28 l. 3 τῶν : > C, αὐτοὺς ἐπιτελεῖν : ἐπ. αὐτοὺς C, 5 Μωϋσῆς : Μωσῆς C

Fragm. IX p. 28 l. 2 τὸ ὄνομα : τῷ ὀνόματι Boor II, 446, 3 Βαλαάμ : + καί, 4 οἱ C : >

II.

FRAGMENTA ANASTASIANA.

In libro, qui inscribitur: Quaestiones et responsiones de diversis capitibus a diversis propositae, Anastasius quidam ad sententias suas probandas locis XVI Constitutiones apostolorum adhibuit atque ex eis sectiones maiores minores descripsit.

Quis autem fuit ille Anastasius? Plures libri manuscripti eum Nicaenum appellant, et Gentianus Hervetus Quaestiones latine versas sub hoc nomine edidit. Rexerunt ecclesiam Nicaenam episcopi nomen Anastasii ferentes tempore synodorum generalium IV et V atque circa annum 700. Gretser codicem suum sequens Quaestiones Anastasio Sinaitae attribuit et hunc eundem habuit cum auctore Viae ducis et episcopo Antiocheno, Anastasio I († 599) vel Anastasio II († 609). Kumpfmüller, De Anastasio Sinaita dissertatio 1865, auctorem saeculo VII exeunte vel VIII ineunte scripsisse probavit. Quaestiones quidem nonnulla continent, quae posterioris aetatis sunt. Quaest. II et LVII Nicephorus Constantinopolitanus († 826) laudatur. Quaest. CXVII Christianos orthodoxos per annos septingentos loca sancta obtinuisse legimus. Opus autem non integrum ad nos pervenisse, sed interpolatum esse videtur. Anastasius noster ipse uno (IX) fragmentorum ad Constitutiones spectantium se circa annum 700 vel tempore synodi Trullanae scripsisse indicare videtur. Locum de ieiuniis hypocritarum C. A. VII, 23 exscribens secundo et quinto diei addidit sabbatum tanquam diem, quo hypocritae ieiunant. Conicere licet, eum similiter ac synodum illam c. 55 disciplinam Latinorum respexisse ac reprehendisse. Eum haud multo post vixisse, neque vero saeculo XI ineunte, ut Oudinus in Commentario de scriptoribus ecclesiae antiquis contendit, etiam codices demonstrant. Unus ex libris Ambrosianis iam saeculo IX vel X confectus est, ac textum continet non modo exortum, sed per quoddam temporis spatium propagatum. Cum certitudine auctoris

aetas vix definiri potest, priusquam liber Quaestionum totus critico modo editus est.

Graece Anastasii Quaestiones primus I. Gretser a. 1617 Ingolstadii publicavit, et textum, quem proposuit, repetierunt editores operum ipsius in parte secunda tomi XIV p. 161—446 a. 1740, et Migne in tomo LXXXIX Patrologiae graecae p. 311—824. Gretser munere suo haud mediocriter functus est. Nobis vero editio sufficere non potest. Itaque codices denuo consului, ut fragmenta saltem e Constitutionibus deprompta emendarem, nec frustra laboravi. Editor princeps neque codices optimos habuisse neque eos, quos legit, semper fideliter reddidisse videtur. Textus ab eo vulgatus haud pauca continet, quae certe falsa sunt.

Codices Anastasii Quaestiones tradentes creberrimi sunt, ex. gr. in Bibliotheca nationali Parisina viginti quinque librum integrum et septem excerpta continentes (cf. Omont, *Inventaire sommaire des manuscrits grecs de la Bibliothèque nationale* IV [1898], 8), Bodleianus 206 saec. XIII (cf. Coxe, *Catalogi codicum mscr. Bibliothecae Bodleianae* I [1853], 365), Hierosolymitanus S. Sep. 34 saec. X (cf. Papadopoulos-Kerameus, *Ἱεροσολυμιτικὴ Βιβλιοθήκη* I [1891], 106). Libri, quos consului, hi sunt:

1. Vaticanus 423 (= r), membranaceus, formae quadratae, saec. XI, miscellaneus. Anastasii Quaestiones leguntur f. 55—388. Sectio inscribitur: *Τοῦ ἁγίου Ἀναστασίου ἀποκρίσεις πρὸς τὰς ἐπενεχθείσας ἐπερωτήσεις ἐκ παρὰ τινῶν ὀρθοδόξων*. Fol. 404—405 insuper nonnulla exstant, quae e Constitutionibus apostolorum dehausta esse dicuntur. Fragmentum haud dubie Constitutoris non est. Attamen fragmentis Anastasianis adiungendum esse videbatur.

2. Vindobonensis hist. gr. 7 (= v), membranaceus, in folio, saec. XII, collectio canonum. Continet praeter Excerptum e libro VIII Constitutionum fragmenta Anastasiana sex, tria, scilicet VII, VI, XII, inscripta *Ἐκ τῶν ἀποστολικῶν διαταγμάτων* f. 14—16, reliqua f. 8—10 ita, ut primo loco fragmenti XV pars prior legatur seu constitutio Petri et Pauli de feriis, secundo fragmentum IX, tertio fragmenti XV pars altera seu constitutio de temporibus precum, quarto fragmentum I. Fragmentum XV vero etiam in Epitome libri VIII Constitutionum legitur. Itaque lectiones codicis hanc particulam spectantes illam scripturam recensens notavi. Ad

Anastasium quidem fragmenta non diserte referuntur. Ex magnitudine et compositione vero satis apparet, ea illius auctoris esse.

3. Ambrosianus L 88 super. (= a), membranaceus, in folio, saec. IX vel X, foliorum 231. Est initio mutilus, incipiens a quaestione XII. Etiam alias nonnulla folia desiderantur, inprimis ea, quae fragmentum X vel quaestionem LII continebant. Folium pertinens ad quaestionem XXII vel fragmentum XVI tradens nunc exstat in codice Ambrosiano B 133 sup. Quaestiones exhibet, similiter ac codices f et h, editis numero minores et ordine aliquatenus diversas. Equidem sex fragmenta inspexi. Totum codicem pro me legit Dr. I. M. Mercati, cuius benignitati etiam collationem librorum sequentium praeter Parisinum debeo.

4. Ambrosianus I 9 sup. (= b), membranaceus, formae quadratae, saec. XII, foliorum 172, e Calabria advectus. Inscribitur aequae ac sequentes *Ἀναστασίου ἐπισκόπου Νικαίας ἀποκρίσεις κτλ.*, continet etiam plures patrum locos, caret vero fragmentis VI, X et XI. Subscribitur: *Ἐγράφη χειρὶ νικ(ολάου) χθαμ(άλου) προ(εσ-βυτέρου?) ἔτ(ει) ρ̄χ̄ν†* (vel *ρ̄χ̄νς*). Confectus est igitur per Nicolaum Chthamalum a. m. 6650 (6656) vel anno Chr. 1142 (1148). De scriba cf. Gardthausen, *Griechische Palaeographie* 1879 p. 334.

5. Ambrosianus M 57 sup. (= d), membranaceus, formae quadratae, saec. XII, foliorum 164. Deest fragmentum XI.

6. Brixiensis Quirianus A VII, 25 (= e), membranaceus, formae quadratae, saec. XIII, foliorum 30, binis columnis conscriptus a. m. 6795 vel a. Chr. 1287 *διὰ χειρὸς καὶ συνεργίας καὶ πόθου πολλοῦ Ἀνδρέου ἱερέως*, ut subscriptio dicit, quae autem in rasura est. Exhibet Anastasii Quaestiones editis multo breviores et omittit inprimis fragmenta I, VI, IX, X, XII, XV.

7. Ambrosianus H 257 inf. (= f), membranaceus, in folio, saec. XIII, foliorum 261. Legi fragmenta II, III, V—VIII, XIII; reliqua contulit Mercati. Deest fragmentum XII.

8. Ambrosianus A 84 sup. (= h), ex Calabria advectus a. 1607, ut f. 1 manus coeva scripsit, e duobus diversis codicibus compositus, quorum prior fol. 3—77 continet capita quaedam ascetica, alter fol. 78—193 Anastasii Quaestiones atque est membranaceus, formae quadratae, saec. XI—XII binis columnis descriptus, initio ac fine et pluribus aliis locis mutilus, quare desunt fragmenta III—V, XI, XIII.

9. Parisinus 1085 (= p), membranaceus, formae quadratae, scriptus a. 1001, foliorum 334. Cf. Omont, *Inventaire sommaire I* (1886), 217; *Fac-Similés des manuscrits grecs datés de la Bibliothèque nationale du IX^e au XIV^e siècle* 1891 tab. X, qua folia 59 et 77 libri exprimuntur.

Codicum antiquissimus est Ambrosianus a, eumque sequor, in quantum fieri potest, praesertim in orthographia, ponens *ν ἐφελ-
κυστικὸν* etc. Modo in fragmentis in eo non iam exstantibus primum locum attribuo codici Vaticano vel r. Cum autem neque ille liber mendis vacet, etiam reliqui diligenter respiciendi sunt. Insuper opus consulendum est, e quo fragmenta dehausta sunt, idque nonnunquam codicibus valde inter se differentibus in textu recensendo maximi momenti est. Signavi opus seu Constitutiones apostolorum C, editionem principem vel Gretserianam a. 1617 G.

Proponens fragmenta non sequor ordinem Quaestionum, sed ordinem Constitutionum apostolorum.

III.

EPITOME LIBRI VIII CONSTITUTIONUM.

Libri VIII Constitutionum textus circumfertur a communi plus minus differens. Scriptura omittit preces vel partes liturgicas seu Constitutionum capita V, 9—XV, XXIX, XXXV—XLI et caput III, quo pars prima libri illius cum sequente coniungitur, omnia autem exhibet, quae ad disciplinam ecclesiae pertinent, modo nonnulla mutata. Dividitur in quinque partes maiores profectas ab omnibus vel singulis apostolis. Haud quidem recte, ut perspicimus scripturam cum Constitutionibus comparantes. Decreta enim Petri et Pauli in hoc libro tantummodo de feriis et precibus agunt. Quae particulae succedunt, ea in Constitutionibus ad Iacobum fratrem Domini referuntur, neque dubium est, huius nomen nonnisi per negligentiam vel ideo omissum esse, quod decretum, quod proposuit, non totum recipiebatur, sed pars posterior tantum. Itaque sex partes discernendae sunt, vel septem, cum nonnullis saltem codicibus etiam Canones apostolorum adiungantur, qui finem Constitutionum faciunt. Nolui autem mutare. Non est editoris, scripturam corrigere, sed eam talem reddere, qualem auctor scripsit. Particulae sic inscribuntur:

1. *Διδασκαλία τῶν ἁγίων ἀποστόλων περὶ χαρισμάτων* (= C. A. VIII, 1—2).

2. *Διατάξεις τῶν ἁγίων ἀποστόλων περὶ χειροτονιῶν διὰ Ἰππολύτου* (= C. A. VIII, 4—5; 16—28; 30—31).

3. *Παύλου τοῦ ἁγίου ἀποστόλου διατάξεις περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν* (C. A. VIII, 32).

4. *Πέτρον καὶ Παύλου τῶν ἁγίων ἀποστόλων διατάξεις* (= C. A. VIII, 33—34; 42—45).

5. *Περὶ ἐνταξίας διδασκαλία πάντων τῶν ἁγίων ἀποστόλων* (= C. A. VIII, 46).

Scriptura certe tota unius eiusdemque auctoris est. Codices quidem nonnulli hanc vel illam particulam omittunt. Inde autem non sequitur, unam vel alteram a posteriore additam fuisse. Cum non semper eandem particulam praetereant, sed alius aliam, potius probant, scripturam ipsam omnes amplecti. Id solum quaeritur, num Canones apostolorum ad eam referendi sint.

Scriptura, cum prima pars de charismatibus agat, de quibus scripsit Hippolytus, et pars secunda in inscriptione ad hunc auctorem referatur, ab I. A. Fabricio e codicibus Oxoniensi et Vindobonensi a. 1716 inter opera Hippolyti (I, 245—259) edita est, prima autem pars non ex illis codicibus, sed secundum textum Constitutionum apostolorum. Totam scripturam e codice Monacensi adhibita editione principe publicavit Lagarde in Reliquiis iuris ecclesiastici antiquissimis gr. 1856 p. 1—18, eamque inde a secunda parte in editione operum Hippolyti 1858 p. 73—89 repetiit, nec vero eam huic auctori adiudicans. Denique partes II—IV Pitra tomo priori (p. 45—72) inseruit libri, qui inscribitur: *Iuris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta* 1864.

Iam dixi, quid Fabricius de auctore senserit. Scriptura autem clarissime se Hippolyto posteriorem esse ostendit. Drey et Bickell eam e libro VIII Constitutionum fluxisse perspexerunt. Eandem sententiam pronuntiavit Lagarde.

Aliter his temporibus Achelis¹ iudicavit. Duas alias scripturas et inter sese et cum illis cohaerere animadvertens collegit: primum locum obtinere Canones Hippolyti arabice traditos, modo a pluribus interpolationibus purgandos; ex eis fluxisse Constitutiones quas

¹ *Die ältesten Quellen des orientalischen Kirchenrechtes*. I. Die Canones Hippolyti 1891.

vocant aegyptiacas; ex his deinde scripturam profectam esse libro VIII Constitutionum simillimam, e qua scriptura nostra excerpta esset; ex illa denique librum VIII Constitutionum formatum esse. Quam sententiam multi quidem laudaverunt, inprimis Harnack, sed nequaquam probaverunt. E synopsi scripturarum, quam Achelis composuit, id solum apparet, inter eas aut illum ordinem aut inversum intercedere. Et revera librum VIII Constitutionum primum locum obtinere ego in libro *Die Apostolischen Konstitutionen* 1891 satis demonstrasse mihi videor. Quae Harnack¹ obiecit, ea nullius momenti sunt. Iterum de quaestione egi in *Theologische Quartalschrift* 1893 p. 594—666. Dissertatio etiam separata edita est sub titulo: *Das achte Buch der Apostolischen Konstitutionen und die verwandten Schriften auf ihr Verhältnis neu untersucht* 1893. Deinde etiam Achelis in *Zeitschrift für Kirchengeschichte* XV (1894), 1—43 rem denuo inquisivit. Minime vero sententiam suam stabilivit; etiam minus argumenta dissolvit, quibus scripturam non e fonte Constitutionum deperdito, sed e Constitutionibus nobis traditis fluxisse demonstravi. Equidem respondi in *Historisches Jahrbuch* 1895, 1—36; 473—509. Nuper postquam Testamentum Domini nostri, quinta scriptura propinqua, in lucem productum et a patriarcha I. E. Rahmani a. 1899 editum fuit, quaestionem denuo uberius tractavi in libro *Das Testament unseres Herrn und die verwandten Schriften* 1901. Adhuc vero sub iudice lis est. Harnack² quidem nuperrime meam sententiam approbavit, scilicet e libro VIII Constitutionum apost. fluxisse Epitomen, ex hac Constitutiones ecclesiae aegyptiacae, ex his Canones Hippolyti nobis traditos vel formam huius scripturae aegyptiacam. Modo Hippolytum Canones revera scripsisse eiusque librum primitivum deperditum fontem libri VIII Constitutionum esse adhuc putat. O. Bardenhewer³ et C. F. M. Deeleman⁴ stemma scripturarum a me propositum plane laudaverunt. Achelis autem in commentario, quem versioni Didascaliae syriacae Flemmingianae a. 1904 addidit, sententiam suam tenet vel Canones Hippolyti fontem primum illarum scripturarum censet.

¹ *Theologische Studien und Kritiken* 1893 p. 403—427.

² *Geschichte der altchristlichen Litteratur* II, II (1904), 501—514.

³ *Patrologie* ed. II 1901 p. 311—314.

⁴ *Nederlandsch Archief voor Kerkgeschiedenis* III (1904), 2319.

Dissertationes illae de quatuor vel quinque scripturis ac de ratione inter eas intercedente agunt. Hoc loco nonnisi Constitutiones ac scriptura nostra respiciendae sunt, cumque uberius de eis iam antea disputaverim, pauca sufficit exponere.

Tres loci praesertim considerandi sunt, quibus scripturae textum diversum exhibent. Clare ostendunt, scripturam nostram Constitutionibus posteriorem esse. Ex tertio insuper apparet, fontem, e quo Epitome fluxit, revera Constitutiones vulgatas esse.

1. Constitutiones VIII, 1, 9 scribunt: *ἄνθρωπος πιστεύσας διὰ Χριστοῦ εἰς τὸν θεόν*. Scriptura nostra pro *εἰς τὸν θεόν* habet: *τοῦ θεοῦ ἡμῶν εἰς αὐτόν τε καὶ τὸν ἄχραντον αὐτοῦ πατέρα καὶ τὸ πανάγιον καὶ ζωοποιὸν αὐτοῦ πνεῦμα*. Paulo post (v. 10) illae dicunt *πιστεῦσαι θεῷ πατρὶ διὰ Χριστοῦ, . . . ὅτι (ὁ μονογενῆς) συγχωρήσει θεοῦ σταυρὸν ὑπέμεινεν, . . . χαρίσματα παρ' αὐτοῦ (θεοῦ) διὰ Χριστοῦ διδόμενα*, haec autem *πιστεῦσαι θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ, . . . ὅτι οἰκεία συγχωρήσει καὶ βουλῇ σταυρὸν ὑπέμεινεν, . . . χαρίσματα παρ' αὐτοῦ διὰ Χριστοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος διδόμενα*. Nemo non videt, quae lectiones priores vel posteriores sint. Constitutiones manifeste doctrinam de trinitate antiquiorem exhibent. Locis duobus etiam textus scripturae nostrae se non unius auctoris, sed potius duarum manuum esse satis clare ostendit.

2. Constitutiones VIII, 5, 5 de spiritu sancto scribunt: *ὅπερ διακονεῖται τῷ ἠγαπημένῳ σου παιδί Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅπερ ἐδώρησατο γνώμῃ σου τοῖς ἀποστόλοις σου τοῦ αἰωνίου θεοῦ*. Quibus verbis scriptura nostra substituit: *ὅπερ διὰ τοῦ ἠγαπημένου σου παιδὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ δεδώρησαι τοῖς ἁγίοις σου ἀποστόλοις, οἳ καθίδρυσαν τὴν ἐκκλησίαν κατὰ τόπον ἁγιάσματος σου εἰς δόξαν καὶ αἶνον ἀδιάλειπτον τοῦ ὀνόματος σου*. Rursus clarum est, quae verba priora sint. Ne opponas, formulam secundam iam in Canonibus Hippolyti et Constitutionibus aegyptiacis legi. Formula revera demonstrat, has quoque scripturas aetatis recentioris esse. Aut verisimile est, Hippolytum formulam secundam vel orthodoxam scripsisse, auctores Constitutionum aegyptiacarum et scripturae nostrae eam repetiisse, auctorem autem Constitutionum apostolorum eam in formam redegissee antiquiorem? Si theologiam Hippolyti respexeris, nonne formula Constitutionum potius ei adjudicanda est quam altera?

3. Tertius locus constitutio de lectore est. In Constitutionibus VIII, 22 Matthaeus dicit, lectori per episcopum manum imponendam esse, et orationem super ordinando pronuntiandam tradit. Scriptura altera declarat, lectori manum non imponendam esse, hoc solum exhibens: *Ἀναγνώστης καθίσταται ἐπιδιδόντος αὐτοῦ βιβλίον τοῦ ἐπισκόπου· οὐδὲ γὰρ χειροθετεῖται.* Quas constitutiones si accuratius consideraveris, haud te fugiet, Constitutiones particulam talem tradere, qualis ab auctore operis exarata est, libellum alterum vero mutatam. In Constitutionibus primo particulae nomen apostoli constitutionem emittentis praefixum est, in Epitome nomen deest, quamquam scriptura ipsa aequae ac Constitutiones eiusmodi est, ut nomen desideretur. Deinde particulam Epitomes cum reliquis eiusdem libelli constitutionibus similibus comparans animadvertes, eam multo brevior esse, quam quae ab auctore scripturae ipso composita fuisse censenda sit. Tertio forma manum alienam prodit. Cum Epitome et in parte praecedenti et in parte sequenti eandem formam habeat, constitutio de lectore prorsus singularis est. Quarto locutio particulam non auctoris scripturae esse demonstrat. Cum libellus ordinationem clerici ubique *χειροτονίαν* nomet ac distincte dicens, *χειροτονίαν* non nisi episcopo competere (c. 19), etiam declarat, ordinationem non aliter ac *χειροτονίαν* appellandam esse, nec vero *χειροθεσίαν*, particula illa vocabulum *χειροθετεῖν* de ordinatione usurpat.

Luce igitur clarius est, in Epitome constitutionem de lectore non integram exstare, sed ab aliquo mutatam. Si vero constitutionem e libello ipso reconstruxeris talem, qualis e manu auctoris scripturae prodiisse iudicanda sit, constitutionem eam consequeris, quae in Constitutionibus legitur, scilicet Matthaeum constituentem, lectori manum imponendam esse, et orationem ordinationis tradentem. Scripturam vel fontem Epitomes revera constituisse, lectorem ordinandum vel manum ei imponendam esse, insuper ex alio loco elucet, eoque probatur, quod iam demonstratum est. Cum capite ultimo singuli cleri ordines recenseantur ac lectores quoque inter eos enumerentur, colligendum est, auctorem scripturae lectores in numero clericorum proprie dictorum habuisse vel eundem locum eis attribuisse, quem in Constitutionibus obtinent.

Sin autem fons Epitomes textum eundem habuit cum Constitutionibus, omnino non est, cur libellum non ex hoc opere

fluxisse censeamus. Qui vero nihilominus aliter sentire conatur, ei etiam haec considerata sunt. Cum in libro VIII Constitutionum, ut adnotavi ad c. 4, 1; 32, 19; 33, 2; 46, 13, lector ad omnes libros operis priores remittatur, ad libros II, IV, V et VII accurate, ad reliquos eo loco (4, 1), ubi auctor libros I—VI in universum respicit, cum loci illi omnes etiam in Epitome legantur, concludendum est, fontem libelli eundem ambitum habuisse cum Constitutionibus, seu praeter recensionem huius operis nobis traditam aliam exstitisse, et quidem teste Epitome verbotenus fere cum nostra consentientem, eo tantum praesertim ab hac differentem, ut loci laudati priores docent, quod doctrinam orthodoxam exhibuit, cum Constitutiones pluribus locis fidei dubiae sint. Statuendum est igitur, recensionem operis heterodoxam ad nos pervenisse, orthodoxam vero praeter particulam libri VIII deperditam fuisse, et patres in concilio Trullano a. 692 congregatos Constitutiones confestim per haereticos corruptas fuisse iudicasse, non animadvertentes nec curantes, etiam recensionem orthodoxam exstare. Quis hoc crediderit?

Libellus igitur e Constitutionibus nostris defluxit. Nec vero statim in eam formam redactus est, qualem nunc habemus. Ut scripturae ab eo dependentes ostendunt, scilicet Constitutiones aegyptiacae, Canones Hippolyti et Testamentum Domini nostri, libellus olim ambitum maiorem habuit ac preces quoque liturgicas, seu totas, seu partem, continuit, quae autem paulatim omittebantur, ita ut nihil nisi constitutiones ad ordines et disciplinam ecclesiae spectantes relinquerentur.

Scriptura iam saepius quidem typis imprimebatur. Nulla autem editio accurata est. Fabricius lectioni codicum haud raro textum Constitutionum apostolorum substituit. Lagarde unum tantum codicem in manibus habuit et quidem recentiorem. Pitra etiam magis quam editor princeps libros secutus est Constitutiones exhibentes, non eos, qui Epitomen tradunt. Itaque scriptura denuo mihi edenda esse videbatur.

Traditur Epitome, vel tota vel singulae partes, libris manuscriptis fere innumeris collectionem canonum continentibus. Plurimos Pitra l. c. p. 46 sq. enumeravit. Quos omnes inspicere nec potui nec necessarium esse censui. Cum antiquiores et meliores mihi praesto essent, plerosque alios, qui aut recentioris aetatis sunt

aut particulas minores tantum continent, haud immerito praeterire mihi visus sum. Codices autem, quos adhibui, hi sunt.

1. Vindobonensis hist. gr. 7 (= v), iam in prolegomenis ad Fragmenta Anastasiana (supra p. IX) descriptus. Continet scripturam totam fol. 1—13, modo omittit preces in ordinationibus pronuntiandas. Legitur autem Epitome non plane continua. Post caput XVIII inseruntur αἱ διαταγαὶ αἱ διὰ Κλήμεντος καὶ κανόνες ἐκκλησιαστικοὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων vel Ordinatio quae vocatur apostolica, quam publicavi in editione Doctrinae duodecim apostolorum 1887 p. 50—73. Pars tertia quintum vel ultimum locum obtinet. Capiti XXIII seu constitutioni de feriis adiungitur fragmentum Anastasianum de diebus festis. Capite XXIV exeunte, ante versum 11, inseritur fragmentum Anastasianum de libris gentilium non legendis. Post partem quintam, cui codex autem partem tertiam postponit, legitur particula inscripta περὶ νηστειῶν, quae est eadem ac pars prior capitis XVII (XLVII) Constitutionum aegyptiarum vel canonis XXXII Canonum Hippolyti, a me edita in *Theologische Quartalschrift* 1893 p. 665. Descriptio foliorum 1—13, quam fecit Lambeck-Kollar, Commentarius VIII, 904, non est accurata.

2. Oxoniensis vel Baroccianus 26 (= b), membranaceus, forma quadrata minore, saec. XI, fol. 370. Epitome legitur fol. 146—166. Coxe, Catalogi codd. mscr. Biblioth. Bodleianae I (1853), 36. Cum liber Tubingam non transmitteretur, apographum photographicum partis secundae mihi paravi vel foliorum 151^v—158^r, quae etiam finem partis primae et initium partis tertiae amplectuntur. Terminat apographum vocabulis εἰ μὲν πιστοῦ XXII, 3 (cf. not.). Lectiones abhinc transcriptae ex editione Fabricii desumptae sunt. Plures earum signo? notavi, scilicet eas, quas codice tradi mihi valde dubium erat.

3. Florentinus vel Laurentianus plut. IX, 8 (= f), membranaceus, in folio, saec. XI, foliorum 354, olim Balsamonis patriarchae Antiocheni † c. a. 1200. Continet Epitomen fol. 20—29 eique adiunctos Canones apostolorum fol. 29—34. Cf. Bandini, Catalogus codd. mscr. Biblioth. Med. Laur. I, 396.

4. Vaticanus 1980 (= a), membranaceus, formae quadratae, saec. XII, fol. 195. Exhibet scripturam fol. 5—17, partem secundam vero omittit praeter capita XIX—XXI, quae parti quintae

adiunguntur. Partem quintam ipsam claudit verbis *ὑποδιάκονοι καὶ ἀναγνώσται* v. 13.

5. Vaticanus 828 (= n), chartaceus, in folio, binis columnis, saec. XIV, fol. 353, 349 et 355—360 Epitomen tradens.

6. Vaticanus 829 (= p), chartaceus, in folio, fol. 192, saec. XIV vel XV. Praebet Epitomen praeter partes tertiam et quartam fol. 159 - 165. Legi capita III et IV et inspexi plures locos.

7. Vaticanus 2019 (= r), membranaceus, formae quadratae, saec. XIII, fol. 166. Traditur Epitome hoc ordine: fol. 88^v—89^v pars tertia, f. 89^v quarta, f. 90^r quinta, f. 117^v—120^r secunda, f. 120^r—122^r prima. Partes quarta et quinta admodum abbreviatae sunt. Caput XXVI sic legitur: *Τοὺς διοικουμένους διὰ πίστιν ὑποδέχεσθε καὶ τὰ πρὸς χρείας χειραγωγεῖτε*. Legi capita III—XVII.

8. Monacensis 380 (= m), chartaceus, in folio, saec. XIV, fol. 567, fol. 62—73 scripturam exhibens. Cf. Hardt, Catal. codd. mscr. graec. Biblioth. Reg. Bavar. IV (1810), 131—83.

9. Parisinus 1320 (= s), membranaceus, forma IV, saec. XI, fol. 292, foliis 1—3 capita XXII—XXVII et initium (v. 1) capitis XXVIII continens.

10. Parisinus 1324 (= t), duobus foliis prioribus chartaceis saec. XIV scriptis capita XXII—XXV, 2 tradens. Cf. Prolegomena in Canones apostolorum.

Codices haud parum inter se differunt. Epitome cum saepissime describeretur, sensim mutabatur, vel per negligentiam vel etiam de industria posterioribus aliquot locos in formam aetati magis consentaneam redigentibus. Itaque textum restituere nunquam est difficillimum. Praebent autem auxilium Constitutiones apostolorum tanquam fons illius scripturae vel secundum sententiam supra commemoratam alteram tanquam filia matri simillima. Et cum auctor Epitomes minus a libro sibi proposito deviasse censendus sit quam posteriores, neque librarii Constitutiones quoque consuluisse putandi sint, lectio codicum vel etiam codicis unius, cui hae patrocinantur, reliquis praeferenda est. Signavi hunc testem C.

Fabricius partes II—V scripturae in capita XXVI divisit, et Lagarde eum secutus est. Partitio mihi quoque servanda esse videbatur. Modo etiam primam partem numeravi et secundum partitionem Constitutionum in duo capita divisi. Itaque caput I

editionum priorum mihi est III, caput II nunc IV etc. Numerus uncinis inclusus, quem inde a capite III addo, caput libri VIII Constitutionum indicat.

IV.

CONSTITUTIONES ECCLESIAE AEGYPTIACAE.

Scriptura, quae hoc nomine designari solet, cum c. 11, 16 clausulam exhibeat similem ei, qua terminatur, ab auctore in duas partes dividi videtur. Pars prima (c. 1—11) proxima est partibus libri VIII Constitutionum apostolorum de ordinibus ecclesiasticis (c. 4—26) et de proselytis probandis (c. 32, 1—15) agentibus vel etiam propior eisdem partibus recensiois alterius libri illius seu Epitomes, de qua in capite praecedente egimus, cum pars altera (c. 12—32) de catechumenis instruendis ac baptizandis et de multis aliis rebus agens duas particulas parvas tantum (c. 12; c. 26, 1—2 = c. 32, 1—2) cum Constitutionibus communes habeat, de reliquo ab hac scriptura divergat. Partitio minus consentanea est. Rectius pars prior capite IX, quod sectioni de ordinibus agenti finem facit, terminatur, vel capite XII, cum catechumeni sectioni illi aliquo modo adiungi possint, neque vero homines ecclesiae nequaquam aggregati, atque capita X—XI prooemium capitis XII sint, quatenus proselyti probati catechumeni fiunt.

Ratio inter Epitomen et Constitutiones aegyptiacas in parte priore intercedens haec est:

Epitome		Constitutiones aeg.
I	} De charismatibus	
II		
—		Prologus
III	} Ordinatio episcopi	I, 1—7
IV		
—	Liturgia	I, 8—34
V	} Ordinatio presbyteri	II
VI		
VII		
VIII	} Ordinatio diaconi	III
		II*

Epitome		Constitutiones aeg.
IX	} Ordinatio diaconissae	—
X		
XI	} Subdiaconus ordinatur: non ordinatur	VI
XII		
XIII	Lector non ordinatur	V
XIV	Confessores in sacerdotium et diaconatum ordinandi sunt: in presbyteratum et diaconatum non o. s.	IV
XV	Virgines	VIII
XVI	Viduae	VII
XVII	Exorcistae: dona sanationis habentes	IX
XVIII	Quot episcopi ordinent episcopum	—
XIX	Facultates ordinum singulorum	—
XX	De primitiis et decimis	—
XXI	De eulogiis	—
XXII, 1—15	De proselytis probandis	{ X XI
XXII, 16	De tempore catechumenatus	XII

Ordo sententiarum non plane idem est neque sententiae ubique eadem sunt. Divergunt scripturae inter se in primis in capitibus de subdiaconis et confessoribus, cum altera idem praecipiat, quod altera interdicit. In universum autem adeo inter se consentiunt — Epitome in duobus locis, ubi lacunam habet, e Constitutionibus apostolorum supplenda est —, ut alteram ex altera fluxisse omnes fere agnoscant. Id tantum quaeritur, utra prior sit.

Cum Epitome ubique fere cum Constitutionibus apostolorum verbotenus consentiat, a Constitutionibus aegyptiacis in universum quidem aequae atque illae divergat, in capite de lectore agente autem ad verbum cum Constitutionibus aegypt. concordet, cum Constitutiones apost. de lectore contrarium praecipiant, colligere licet et omnes hucusque collegerunt, Epitomen membrum inter duas illas scripturas medium esse. Itaque eis, qui Epitomen Constitutionibus apostolorum posteriorem aut priorem habent, Constitutiones aegyptiacae quoque Epitome posteriores aut priores censendae sunt. Revera de hac quaestione viri docti eodem modo sentiunt vel dissentiunt quo de illa. Quae cum ita sint, auctores quaestionem novam tractantes non amplius enumerandi sunt. Modo unus accedit ad eos, quorum in capite praecedente mentio facta est. Rahmani in Prolegomenis ad Testamentum Domini nostri,

quod primus a. 1899 edidit, Epitomen quidem non respexit; Testamentum vero fontem Constitutionum aegypt. et has fontem Constitutionum apost. declarans ab eadem parte stat, quam Achelis tenet.

Constitutiones aegyptiacas Epitome posteriores esse non solum inde sequitur, quod haec e Constitutionibus apostolorum fluxit, sed etiam ipsae cum Epitome comparatae produnt. Uberius de hac re postremo in libro *Das Testament unseres Herrn* 1901 p. 126—178 disputavi, ad quem lectorem remittens pauca hic moneo.

1. Constitutiones aegyptiacae initio, c. 1, 1, ad locum priorem provocant dicentes: sicut in superioribus constituimus; itemque Epitome c. 3, 2 et Constitutiones apostolorum VIII, 4, 2, locis parallelis eadem fere verba adhibentes, scilicet *ὡς ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ἅμα πάντες διαταξάμεθα*, atque certe libros priores Constitutionum apost. respicientes. Consensus vix fortuitus est et recte non nisi inde explicatur, quod formula ex ea scriptura, in qua locum plane consentaneum habet, id est e Constitutionibus apost. vel Epitome, ad eam transiit, in qua minus vel aegre intellegitur. Cf. l. c. p. 132—135.

2. Prologus, quem versioni latine nuper editae debemus, ad tractatum de charismatibus respicit; itemque Constitutiones apostolorum VIII, 3, quod caput nunc quidem in Epitome deficit, olim autem in scriptura fuisse censendum est; atque hic consensus similiter atque ille Constitutiones apost. fontem alterius scripturae esse annuit, cum illae profecto ante locum laudatum tractatum de charismatibus exhibeant, sed dubium sit, num haec aliquando eiusmodi particulam continuerit. Cf. l. c. p. 135—137.

3. Pars liturgiae prior vel ea, quam versiones aethiopica et latina pariter exhibent, sc. c. 1, 9—21 (23), proxime ad liturgiam Constitutionum apostolorum accedit, sed hac brevior est atque eiusmodi, ut non nisi ex hac excerpta fuisse censenda sit. Pars posterior, quam versio aethiopica sola tradit, sc. c. 1, 24—34, liturgiae S. Marci propinquior est et ab aliquo posteriore addita esse videtur. Sin autem auctoris esset, scriptura etiam minus Constitutionibus apostolorum prior haberi posset. Si enim ita esset, non solum esset colligendum, duas liturgias, Constitutionum apost. et S. Marci, e Constitutionibus aegypt. fluxisse, sed etiam, auctores harum liturgiarum e duobus fontibus hausisse, cum e scriptura nostra, et quidem alterum partem priorem, alterum partem

posteriores scripturae in usum suum convertisse, tum e scriptura alia, id quod minime verisimile est. Cf. l. c. p. 140—156.

4. Doxologia, quam Epitome c. 4, 4 vel in fine orationis pro episcopo consecrando exhibet cuique parallela est ea, quam Constitutiones aegypt. c. 1, 7 tradunt et quidem versiones aethiopica ac latina fere consentientes, ita ut non librario posteriori imputari possit, hac priorem se esse eo ostendit, quod opus unius auctoris est, altera vero factura duarum manuum. Cf. l. c. p. 156—158.

5. Constitutiones apostolorum in sectione de ordinibus agente vel ea parte, quam cum Constitutionibus aegypt. communem habent, optime dispositae et diligentissime exaratae sunt. Epitome pariter composita est; modo in capite de lectore agente congruentia et aequalitas deficit. Constitutiones aegypt. autem non solum illo loco, sed etiam pluribus aliis proportione egent; subdiacono insuper non eum locum attribuunt, qui ei tanquam coadiutori diaconi convenit, eum huic non adiungentes, sed inter ambos lectorem ponentes. Quaeritur ergo, utri auctori dispositio accuratior adiudicanda sit. Universe scriptura ab alio retractata non in ordinem praestantiorum redigitur. Cf. l. c. p. 158—165.

Utracunque autem ratio inter scripturas intercedit, sive Constitutiones aegyptiacae ab Epitome dependent sive eius fons sunt, certe ad hanc proxime accedunt, ita ut ei in hoc volumine adiungendae esse videantur.

Scriptura a Graeco composita, maiore parte capitis XVII excerpta, versionibus tantum traditur, coptica, arabica, aethiopica, latina. Textus arabicus nondum in lucem prodiit; descriptus est autem a Guilelmo Riedel in libro *Die Kirchenrechtsquellen des Patriarchats Alexandrien* 1900 p. 22—23; 70—71; et Antonio Baumstark in ephemeride quae inscribitur *Oriens christianus I* (1901), 117—121. Initium textus aethiopici, scilicet capita I et II et partem priorem capitis III, I. Ludolfus publicavit versione latina addita in Commentario ad suam *Historiam aethiopicam* 1691 p. 323—28. Textum copticum edidit H. Tattam in libro *The Apostolical Constitutions or Canons of the Apostles in Coptic* 1848. Scriptura in hoc opere secundum locum obtinet. Liber primus continet Canones apostolorum ecclesiasticos vel Constitutionem ecclesiae apostolicam (*Apostolische Kirchenordnung*), quo nomine

liber etiam graece servatus apud Germanos appellatur; liber tertius Constitutiones apostolorum VIII, 1—2; liber quartus easdem VIII, 3—27 valde decurtatas; quintus easdem VIII, 28; 30; 31; 32, 18—19; 33—34; 42—46; sextus easdem VIII, 32, 1—17; septimus Canones apostolorum. Liber primus etiam secundus designatur, secundus tertius etc., ita ut opus libros octo amplecti videatur. Codex, quo Tattam usus est, anno Diocletiani 1520 = 1804 Chr. lingua boheirica vel memphitica exaratus est, et nunc in Bibliotheca Berolinensi (Orient. 519) asservatur. Versio codice testante e libro sahidico vel thebano fluxit, et Tattam etiam codicem sahidicum adhibere potuit, qui ipse recentissimus et insuper mutilus nunc Musei britannici est (Orient. 440). Nuperrime denique liber inventus est, e quo ille codex sahidicus originem habet. Confectus anno Diocl. 722 = 1006 Chr. et in Museo britannico nunc asservatus (Orient. 1320) scripturam fere integram tradit (modo duo folia exciderunt) eamque in duos libros dividit, quorum primus Canones apostolorum numero LXXI, secundus alteram scripturae partem vel Canones ecclesiasticos numero LXVIII = libros I—VI editionis Tattamianae continet. Lagarde scripturam ex hoc codice a. 1883 in libro publicavit, qui inscribitur Aegyptiaca, ad lacunam explendam codicem sahidicum recentiore adhibens. Denique Bouriant librum e codice bibliothecae patriarchae Iacobitarum Cairensis recentissime edidit in *Recueil de travaux relatifs à la philologie égyptienne* t. V 1884/85.

Versionem latinam publicavit E. Hauler in libro: *Didascaliae apostolorum fragmenta Veronensia latina* 1900, p. 103—21, vel potius quatuor fragmenta, quorum primum eundem fere ambitum habet ac fragmentum aethiopicum, reliqua particulas XVI, 15^b—27^a, XVIII, 1^b—XXX, 2. XXXII, 15^b—36^a exhibent. Codex latinus, cui fragmenta debemus, scripturam aequae ac versio coptica Canonibus apostolorum ecclesiasticis vel libello, qui apud Germanos *Apostolische Kirchenordnung* nominatur, adiungit. Cum autem haec Constitutiones aegyptiacas continuo ipsas proferat, ille inter duas scripturas particulam tanquam membrum medium vel prologum ad scripturam alteram ponit.¹

¹ Uberius de codicibus et versionibus disputavi in libris: *Die apostolischen Konstitutionen* 1891 p. 243—53; *Das Testament unseres Herrn* 1901 p. 29—34; et Achelis in libro: *Die ältesten Quellen des orientalischen Kirchenrechts* 1891 p. 1—23.

Tattam textui coptico versionem anglicam addidit. Lagarde librum huius editionis secundum vel Constitutiones ecclesiae aegyptiacae proprie dictas graece restituit atque una cum libro primo graece servato volumini secundo *Analectorum Antenicaenorum* inseruit, quae Bunsen a. 1854 vulgavit. E codice sahidico vetusto denique vel ex Aegyptiacis Lagardianis Steindorff versionem germanicam paravit, quam Achelis in libro *Die ältesten Quellen des orientalischen Kirchenrechtes* 1891 (*Texte und Untersuchungen* edd. Gebhardt et Harnack VI, 4) typis expressit. Quibus versionibus adhibitis equidem Constitutiones aegyptiacas in sermonem latinum transtuli. Scripturam reddens praecipue textus sahidici vel versionis Steindorffianae rationem habui, nec vero illi textui tantam auctoritatem adiudicare potui, quantam Achelis. Nonnullis locis textus corruptus esse videtur, vel Steindorff scripturam minus recte interpretatus est.

Versio coptica scripturam quidem toto ambitu, neque vero textu integro exhibet; omittit enim orationes super ordinandos pronuntiandas et descriptionem liturgiae, quae versionibus aethiopica et latina traduntur. Quae particulae cum haud dubie scripturae adiudicandae sint, eas quoque recepi, et quidem ex recensione aethiopica, neque particulam liturgiae apud Latinum deficientem (c. I, 24—34) praetermisi, etiamsi dubium est, num scripturae ipsius propria sit. Versionem Ludolfianam Dr. Dannecker benignissime mihi castigavit.

Cum versio latina scripturam in universum saltem fidelius reddat quam coptica, quaeri potest, num fragmenta illius non in textu recipienda fuerint. Pluribus autem rationibus motus sum, ut recensionem copticam totam sequeretur et lectiones versionis latinae notabiliores in commentario critico adnotarem. Modo prologus scripturae, cum in versionibus coptica et aethiopica desit, e versione latina exhibendus erat.

Versio coptica scripturam in canones XXXII dividit et hos, cum illam Constitutioni ecclesiae apostolicae (*Apostolische Kirchenordnung*) in triginta canones divisae adiungat, numeris XXXI—LXII designat. Equidem numeros I—XXXII adhibeo, numeros autem traditos uncinis inclusos addo. In codice versionis latinae multi saltem canones brevem inscriptionem minio exaratam habebant; verba autem evanuerunt.

Sigla sunt: C = textus copticus secundum versiones Steindorffianam et Tattamianam consentientes; S = versio Steindorffiana; T = versio Tattamiana; L = versio vetus latina; A = Constitutiones apostolorum; E = Epitome. Verba uncinis () inclusa ad sententiam illustrandam addita sunt.

* *

Ad Constitutiones ecclesiae aegyptiacae proxime accedunt Canones Hippolyti qui dicuntur, ita ut ex eis fluxisse aut eorum fons esse censendi sint. Quoniam a Constitutionibus apostolorum magis distant quam illa scriptura atque textus sufficiens desideratur, cum versio aethiopica adhuc in bibliothecis lateat neque libri arabici satis cogniti sint, eos in hoc volumine non insero. Pauca vero de eis hic disserenda esse videntur.

Scriptura arabice et aethiopice traditur. Versio aethiopica nondum vulgata est. Textum arabicum e duobus codicibus Vaticanis D. B. de Haneberg anno 1870 edidit addiditque versionem latinam, quam Achelis passim correctam Constitutionibus eccl. aeg. et locis Constitutionum apostolorum parallelis adpositis in libro supra p. XXIV laudato a. 1891 repetiit. Versionem germanicam adhibitis duobus aliis codicibus, qui Berolini asservantur et Vaticanis haud paulo superiores sunt, imprimis ordinem scripturae rectius tradunt, cum in illis codicibus pars canonis XXXVIII maior in canonem XXX irrepisset, Guil. Riedel publicavit in libro *Die Kirchenrechtsquellen des Patriarchats Alexandrien* 1900 p. 193—230.

Summa scripturae fere eadem est ac Constitutionum eccl. aeg. Modo Canones sententias partim amplificatas, partim decurtatas exhibent, nonnullas omittunt, plures addunt, haud paucas aliter disponunt. Rationem inter duas scripturas intercedentem haec capitum synopsis illustret. Canones Hippolyti secundum editionem Hanebergianam designantur, pluribus etiam versus editionis Achelisianae adnotantur.

Constitutiones aeg.

Canones Hippolyti

—	De fide	I
I	Ordinatio episcopi	II—III
II	Ordinatio presbyteri	IV
III	Ordinatio diaconi	V
IV	De confessoribus	VI
V	De lectore	VII, 1

Constitutiones aeg.		Canones Hippolyti
VI	De subdiacono	VII, 2
VII	De viduis	—
VIII	De virginibus	—
IX	De donis sanationum	VIII, 1
—	De sacerdote, cuius uxor peperit	VIII, 2
—	De presbyteris in aliam ecclesiam migrantibus et de viduis hono- randis	IX
X—XI	De proselytis probandis	X—XV
—	De concubinario aliam mulierem ducente	XVI
—	Feminae honestae quomodo gerere se debeant	XVII, 1 (n. 81—90)
XII	De tempore catechumenatus	XVII, 2 (91)
XIII, 1	Catechumeni soli orent	XVII, 3 (92)
—	De mulieribus gravidis et puerperis	XVII, 4 (93—96)
XIII, 2	Mulieres solae orent	XVII, 5 (97)
XIII, 3—4	De osculo	—
XIII, 5	De mulieribus velandis	XVII, 7 (98)
XIV, 1	Catecheta imponat catechumenis manus	XVII, 6 (99)
—	De obstetricibus (non: puerperis, cf. Riedel)	XVIII
XIV, 2—3	De catechumenis martyribus	XIX, 1
XV—XVI	Ritus baptismi	XIX, 2—15
—	De ieiunio baptizandorum	XIX, 16
—	De catechumenis congregandis	XIX, 17
XVII	De ieiunio	XXXII, 1
—	De diebus ieiunii	XX, 1
XVIII, 1	Gratiarum actio ante esum	—
XVIII, 2	Panis exorcismi	XX, 2
XIX	Catechumeni ne cum fidelibus edant	XXXIII, 2 (172)
XX—XXI	De modestia in epulis observanda	XXXIII, 3—XXXV, 1
XXII	De cena viduarum	XXXV, 2
XXIII	De oblatione primitiarum ac bene- dictione	XXXVI, 1—2
XXIV	Fructus benedicendi	XXXVI, 3
XXV	De ieiunio paschali	XXII
XXVI	Diaconi episcopo ministrent	XXIV, 1

Constitutiones aeg.		Canones Hippolyti
XXVII	De precibus matutinis et ecclesia frequentanda	—
XXVIII	De eucharistia ante alios cibos su- menda	XXVIII
XXIX	De eucharistia diligenter custodi- enda	XXIX, 1
XXX, 1—2	De calice non effundendo	—
XXX, 3—4	De congregatione fidelium cotidiana	XXI
XXXI	De coemeteriis	XXIV, 2—XXV, 1
XXXII, 1—34	De horis orandi	XXV, 2—XXVII, XXIX, 3
XXXII, 35—38	Admonitio	XXIII
—	De loco sancto et psalmodia cleri- corum	XXIX, 2
—	De catechumenis	XXX
—	De communione per diaconum dis- tribuenda	XXXI
—	De oblationibus distribuendis	XXXII, 2
—	De commemoratione pro defunctis	XXXIII, 1
—	De vestimentis clericorum in sacro ministerio adhibendis	XXXVII
—	De vigiliis nocte resurrectionis agen- dis et de eis, quae Christianus facere debet et inprimis is, qui perfectus esse studet	XXXVIII

Scripturae ergo parte priore eundem ordinem tenent; parte posteriore autem, post canonem XIX vel caput XVI, valde inter se discedunt. Ordo Constitutionum aegyptiacarum, quem etiam Testamentum Domini nostri habet, haud dubie prior est. Itaque Achelis, Canones Hippolyto Romano adiudicans eosque turbatos et additamentis auctos ad nos pervenisse censens, scripturam in ordinem Constitutionum redegit et plures particulas delevit. Revera editio princeps, ut iam dixi, particulam loco inepto exhibet. Sed hoc vitium non tantum est, ut partem scripturae posteriorem totam disturbatam esse putemus, et editio Riedeliana, quae eo caret, satis clare docet, ordinem Canonum non ad traditionem iniquam, sed ad arbitrium auctoris scripturae referendum esse. Et si res ita se habet, Canones Constitutionibus posteriores neque Hippolyto Romano attribuendi sunt.

Cum de Canonibus Hippolyti ante paucos annos in libro *Das Testament unseres Herrn und die verwandten Schriften* 1901 p. 213—91 uberius egerim, non amplius de eis disputabo. Modo pauca addenda sunt.

Canones nobis traditos a Constitutionibus dependere, nuperime, ut iam supra p. XIII commemoravi, etiam Harnack agnovit. Cum autem Hippolytus Canones scripsisse ei videatur, formam scripturae diversam olim exstitisse eamque fontem libri VIII Constitutionum apostolorum esse contendit. Cui sententiae equidem assentiri nequeo. Non est, quod Hippolytum eiusmodi scripturam confecisse censemus, neque scriptura fortasse ei attribuenda tam diversa a libro tradito habenda est, ut fons libri VIII Constitutionum apostolorum putari possit, qui, cum parte priore de ordinibus agente a textu Canonum haud mediocriter divergat, parte posteriore fere nihil cum eo commune habeat, aegerrime inter duas Canonum formas, deperditam et vulgatam, statui potest. Cf. *Theologische Quartalschrift* 1905 p. 293 sq.

Riedel in *Theologische Studien und Kritiken* 1903 p. 338—42 Canones plures sententias cum libro de virginitate sub nomine Athanasii tradito communes habere demonstravit. Loci vero non eiusmodi sunt, ut dici possit, ultra scriptura prior sit.

V.

DIDASCALIA APOSTOLORUM ARABICA.

Praeter Didascaliam apostolorum saeculo III compositam apud Orientales liber circumfertur, qui eodem quidem titulo inscribitur, neque vero plane eandem summam habet, non Didascaliam, sed potius Constitutiones apostolorum seu editionem illius scripturae alteram reddens. Liber duabus versionibus nobis traditur, arabica et aethiopica, hac saltem maior pars. Cum autem versio aethiopica ex arabica fluxerit, scriptura simpliciter Didascalia arabica nominari potest.

Versionem aethiopicam edidit Londini a. 1834 Th. Pell Platt in libro *The Ethiopic Didascalia; or, The Ethiopic Version of the Apostolical Constitutions, received in the Church of Abyssinia*, adhibito codice, qui Hierosolymis inventus est ac nunc in bibliotheca Societatis bibliorum britannicae et externae Londini asser-

vatur. Editio autem scripturam non integram praebet. Codex, e quo fluxit, mutilus est, in capite XXII vel in verbis Constitutionum IV, 13 prioribus desinens. Detrimentum dolendum est, cum versio aethiopica rectius quam altera ordinem scripturae servavit. Attamen non maioris est momenti. Versio enim, ut Lagarde uno loco sagaciter perspexit et inde quoque apparet, quod Aethiopes in universum litteras ab Arabibus acceperunt similiter ac hi a Coptitis,¹ non e textu graeco, sed e versione arabica perfecta est. Quae cum ita sint, de scriptura hic non uberius est disputandum. Remitto lectorem ad editionem, quae praeter textum aethiopicum etiam versionem anglicam praebet, et ad librum meum *Die Apostolischen Konstitutionen* 1891 p. 207—215, ubi praefationem, titulos capitum et fragmentum capitis VI vel C. A. II, 26 in linguam germanicam transtuli et plura de indole versionis disserui.

Didascalia arabica hucusque non est edita, excepta parte praefationis vel prologo Constitutionibus ipsis praemisso et capite primo Constitutionum, quod fragmentum Pell Platt editioni Didascaliae aethiopicae p. XIII adiunxit. Versionibus autem praefatio proprie dicta iam olim vulgata fuit. Saeculo XVIII Whiston eam latine, Grabe anglice publicavit.² Quos saeculo XIX secutus est Guil. Bickell³ eam germanice tradens. Equidem versionem germanicam non solum praefationis totius vel praefationis et Constitutionum I, 1—4, sed etiam capitum additiorum, quam Dr. Socin benignissime mihi paravit, in libro de Constitutionibus p. 217—236 communicavi.


In codicibus olim cognitis⁴ scriptura dividitur in capita XXXIX et Constitutiones apostolorum I—VI tantum amplectitur, neque vero hos libros integros tradit neque eorum ordinem servat. Praeter plures particulas minores omittit partem libri VI maiorem, sc. c. 6, 8—30, 1. Altera ex parte praemittit praefationem eique adiungit inscriptionem et capita quatuor priora Constitutionum, ita

¹ Per errorem in libro de Constitutionibus apost. 1891 p. 213 sq. litteris copticis secundum locum attribui, non primum.

² Whiston, *Essay on the Apostolical Constitutions* 1711 vel *Primitive Christianity reviv'd* tom. III. Grabe, *Essay upon Two Arabick Manuscripts* 1711.

³ *Geschichte des Kirchenrechts* 1843 I, 162—164.

⁴ Cf. *Analecta Antenicana* ed. Bunsen 1854 II, 36; Lagarde, *Reliquiae iuris eccles. ant. gr.* 1856 p. IV not. 3; Riedel, *Die Kirchenrechtsquellen des Patriarchats Alexandrien* 1900 p. 16. *Römische Quartalschrift* XIV (1900), 13.



ut caput I Didascaliae capite V libri I Constitutionum incipiat, additque sex capita, quae in hoc opere non leguntur.

Ordo in codicibus ipse diversus est. Capita I—XI = Constitutionum libri I—II in omnibus eadem sunt; inde a capite XII autem codices inter se divergunt, et tres formae discerni possunt. Formam, quae codicibus plurimis repraesentatur et vulgata dici potest, descripsi in libro commemorato p. 222—24. Altera forma traditur encyclopaedia theologica, quam sub titulo: *Lampas tenebrarum*, Abû l'Barakat saeculo XIV confecit quamque Riedel in libro laudato p. 28—32 delineavit, et exemplari, quod Vanslebius in manibus habuit et in libro *Histoire de l'église d'Alexandrie* 1677 descripsit.¹ De tertia forma certiores fimus notis, quae in encyclopaedia modo laudata vel in codice Berolinensi eam tradente singulis capitibus primo loco additae sunt, cum notae sequentes formam vulgatam designent, quasque Riedel l. c. communicavit.

Cum exemplar Vanslebianum ordinem Constitutionum non libro II absoluto relinquat, ut forma vulgata, sed etiam in parte libri III priore teneat, versio aethiopica, filia Didascaliae arabicae, praeterea in parte libri IV nobis tradita Constitutiones sequatur, iam olim colligi potuit, ordinem huius operis ab auctore Didascaliae servatum, postea autem et quidem identidem mutatum fuisse. Quod revera ita esse nunc plane liquet. A. Baumstark enim nuperrime in Museo Borgiano codicem — K IV 24 — invenit, in quo Didascalia prorsus ordinem Constitutionum tenet, nisi quod in capita, non in libros dividitur, eumque in ephemeride: *Oriens christianus* III (1903), 201—8, descripsit.

Scriptura codicis Borgiani etiam amplius a reliquis libris differt. Constitutionum libros I—VI integros reddit, cum hi, saltem recensio vulgata, cuius notitia accuratior mihi praesto est, libros III et V—VI valde decurtatos exhibeant; deinde etiam librum VII duobus capitibus (47 et 48) exceptis tradit; denique Constitutionibus nihil addit nisi praefationem, capitibus sex ergo supra commemoratis caret. Capita scripturae XLIV sunt. Capita I—XXXIV Constitutiones I—VI reddunt et eundem ambitum habent, quem capita librorum reliquorum consentanea, quotquot ad nos pervererunt; in his libris enim duo capita scripturae Borgianae desunt,

¹ Descriptionem Guil. Bickell, *Geschichte des Kirchenrechts* I, 160 sq., repetiit.

scilicet caput XXXII, quod inscribitur: Quod diabolus malus in ecclesia christiana haereses produxit, sicut olim in Israel fecit (= C. A. VI c. 6, 8—c. 10), atque caput XXXIII: De recta confessione secundum fidem in sanctam trinitatem praedicatam a nobis, apostolis veritatis (= C. A. VI c. 11—c. 30, 1). Quibus capitibus lacuna magna impletur, quam in reliquis libris esse supra commemoravi.

Codex Borgianus etiam amplius nos de scriptura erudit. Ut subscriptio ei addita dicit, Abû Ishaq Didascaliam anno martyrum 1011 = anno Chr. 1295 e Coptico transtulit. Cf. Baumstark l. c. p. 202. Versio arabica igitur satis recens est. Quando autem versio coptica, eius fons, exorta est? Certe non ante saeculum V, cum scriptura haud dubie in Constitutionibus apostolorum circa annum 400 compositis nitatur, libros I—VII earum reddens. Baumstark l. c. p. 207 sq. quidem contendit, scripturam vel eius textum graecum non a Constitutionibus dependere, sed e contrario hoc opus illa scriptura cum alia librum VIII Constitutionum repraesentante conglutinata exstitisse, nimis iuste autem ea neglexit, quae Constitutiones ipsae de origine sua manifestant. Cf. quae de hac quaestione disputavi in *Theologische Quartalschrift* 1904 p. 233—48.

Si versio codicis Borgiani apud Arabes unica est, scriptura brevi transformabatur. Recensio vulgata iam codice Parisino 251 anno 1353 exarato traditur. Abû l'Barakat, cuius encyclopaedia aliam formam continet, anno 1363 nonagenarius mortuus est. Cum autem hae scripturae spatio temporis tam exiguo ab illa versione remotae sint, quaerere licet, num ab ea dependeant an ad aliam versionem Didascaliae copticae arabicam referendae sint. Viri linguae arabicae periti de hac re iudicent.

Capita VI additicia in diversis recensionibus scripturae locis diversis leguntur. Capita quinque, quae ubique inter se coniuncta sunt, in forma vulgata sunt XXXV—XXXIX, extremum ergo locum obtinent; in encyclopaedia laudata sunt XXVII—XXXI, item etiam apud Vanslebium vel potius, cum pro XXVII sine dubio false habeat XXV, XXVI et XXIX omittat, in eius exemplari restituto; in exemplari, quod in notis encyclopaediae adiectis delineatur, si numeros sub finem scripturae manifeste saepius falsos recte corrigo, XXXIII—XXXVII. Caput sextum, quod inscribitur: De episcopis, in Vulgata habet locum XXIII, in encyclopaedia et apud Vanslebium

locum XVI, in utraque recensione inter Constitutiones III, 14—15 et IV, 5 positum. Cum ergo hoc caput, si auctoris scripturae esset, in versione aethiopica Constitutiones I—IV, 13, 1 amplectente esset exspectandum et reliqua capita tam diversos locos habeant, iam olim suspicari licebat, ea a posteriore scripturae addita fuisse. Nunc codex Borgianus rem profecto ita se habere testatur.

Capita quinque etiam in Testamento Domini nostri nuper edito leguntur, et quidem I, 19—23 quatuor priora, I, 28 quintum. cumque in hac scriptura locum consentaneum habeant, in Didascalia autem manifeste speciem additamenti prae se ferant, Testamentum eorum fontem esse colligere licet. Altera ex parte vero auctor Testamenti ea fortasse iam in aliqua scriptura nobis incognita invenit.

Particulas Didascaliae arabicae proprias iam in libro *Die Apostolischen Konstitutionen* 1891 p. 217 sqq. germanice versas edidi, modo non omnes integras. Cum caput de episcopis (c. 23 Vulg.) excerptum sit capitis de ieiunio episcopi (c. 38 Vulg.), eius textum non separatim communicavi, sed in huius textu signis indicavi, in quantum illud in eo contineatur. Capitis de ecclesia (c. 35) summam principalem tantum describere potui. Interea Dr. Dannecker non solum hoc caput integrum, sed etiam reliqua accuratius interpretatus est. Itaque particulae etiam in hoc opere recipiendae esse videntur. Exhibeo versionem latinam castigatam iuxta versionem germanicam, quam Dannecker instituit et benignissime mihi commodavit. Versio nititur in codice Parisino 251 iam commemorato exceptis tribus locis, praef. v. 3 (cf. comment.); c. 36, 18, ubi pro Imperativo: illumina etc., liber false habet Perfectum: illuminasti etc.; c. 37, 1, ubi tempori cubitum eundi substituit diem. Lectiones aliorum codicum variantes mihi non exscribendae esse videbantur. Uncinis () verba includo ad textum illustrandum addita.

Praefatio scripturae v. 3 unum vocabulum exhibet, quod varie traditum diverso modo explicabatur. Reperi lectionem codicis Borgiani, vocem *φιλόπονοι* testantem, quam Dr. Dannecker mihi proposuit, et scripsi: officiosi. Locum retractans dubito, num auctor ita scripserit. Inter psaltas et ostiarios officiosi aegre locum obtinent. Lectio codicis mesopotamici in commentario laudata, vocem *φιλοπόνως* reddens ut videtur, praeferenda esse videtur.

VI.

CAPITULA XXX E CONSTITUTIONIBUS EXCERPTA.

Hanc scripturam e nostris Constitutionibus derivatam esse vix est dubium. Capitula fere omnia ad eas referri possunt; multa verbotenus ex eis desumpta sunt; pluribus nonnisi inscriptiones capitum Constitutionum repetuntur, quae certe non auctoris operis, sed cuiusdam posterioris sunt. Duo vel tria tantum difficultatem praebent, quae autem solvi potest. Similitudo inter ecclesiam et navem intercedens, quae c. 1 traditur, ab ea quidem divergit, quam Constitutiones II, 57 exhibent, legitur autem in codice Vindobonensi, in quo Constitutionibus tanquam prologus praemittuntur, quae de illa re in Clementis epistula ad Iacobum c. 14 dicta sunt; atque auctorem Capitulorum librum illi codici propinquum adhibuisse, etiam inde elucet, quod c. 6 ea scribit, quae cum eis consentiunt, quae ille codex atque Petropolitanus ei similis, nec vero reliqui tanquam inscriptionem ad C. A. II, 14 tradunt. Quae c. 8 de ordinibus exponuntur, sane ab eis differunt, quae C. A. II, 26 leguntur. Constitutiones autem cum illo loco satis cum Didascalia consentiant, certe sententiam antiquiorem exhibent, atque vix dubium est, auctorem Capitulorum locum Constitutionum utpote suae aetati minus congruum mutasse, nisi forte eum iam ab aliquo scholiasta mutatum legerit. Quae c. 17 leguntur, aegre ad C. A. III, 17 referri possunt, ubi baptismus symbolice explicatur et aqua comparatur cum sepulcro, descensio in aquam cum morte, ascensio cum resurrectione Christi, atque ad C. A. VIII, 47, 50 vel ad canonem apost. 50, ubi tres mersiones expresse commemorantur. De cetero sententia capituli, submersionem triplicem cum duobus vitae Christi casibus conferens, adeo absona est, ut minime auctori alicuius operis diligenti, sed potius compilatori vel excerptori alicui negligenti attribuenda sit. Itaque non est, quod Capitula e forma Constitutionum a tradita diversa vel ea antiquiore fluxisse censemus. Pitra in opere infra laudando de eiusmodi fonte locutus est, argumenta vero non protulit.

Quo tempore scriptura confecta sit, accurate definiri nequit. Id solum dici potest, eam aliquamdiu post Constitutiones exortam

esse, cum iam capita huius operis cognita habeat, et ante saeculum XI, quo libris manuscriptis traditur.

Dividitur scriptura in tres partes, quarum prima (c. 1—13) de episcopis agit, secunda (c. 14—27) de constitutione ecclesiastica, tertia (c. 28—30) de oblationibus.

Primus capitula edidit quinque codicibus adhibitis Pitra in tomo priore Historiae et Monum. iuris eccl. Graec. p. 96—101. Munere autem minus diligenter functus est. Ne ordinem capitulorum quidem recte exhibuit, sed uno codice neque praestantiore nisus capitulum XIV primo loco posuit et capitulum I sine ullius codicis auctoritate loco illius.

Mihi scriptura septem libris manuscriptis innotuit. Codices, quorum plures iam describendi erant, hi sunt:

1. Vindobonensis hist. gr. 7 fol. 13—14 (= v).
2. Vallicellanus F 10 f. 22 (= a).
3. Barberinus III, 42 f. 145 (= b).
4. Barberinus IV, 58 f. 5^r duo capitula exhibens, scilicet XXVIII et XXX (= d).
5. Vaticanus 1980 f. 17. Non scripturam totam continet, sed omittit capitula VI, VII, IX, X, XIV—XVI, XXI—XXV (= e).
6. Florentinus seu Laurentianus plut. X, 1, chartaceus, forma IV, saec. XIV, foliorum 214, f. 1 capitula I—XXVII et inscriptionem partis tertiae exhibens (= f). Cf. Bandini, Catalogus codd. mscr. Biblioth. medic. Laur. I, 467.
7. Mediolanensis vel Ambrosianus G 57 superior, membranaeus, forma IV, saec. XII, fol. 38—39 scripturam ita tradens, ut capitulum XIV primum, capitulum I secundum, capitulum II tertium locum etc. obtineat (= m).

Palma codicibus duobus prioribus attribuenda est. Itaque eos maxime secutus sum. Editionem principem signavi P.

Textum sine notis criticis iam edidi atque scripturam illustravi in *Compte rendu du troisième Congrès scientifique international des Catholiques* 1895 II, 199—209.

VII.

CANONES APOSTOLORUM
SYNODO ANTIOCHENAE ADSRIPTI.

Huius scripturae summam iam Turrianus in libro Pro canonicibus apostolorum I c. 25 a. 1573 publicavit, scilicet titulum et canones IV et V graece, reliqua in compendium redacta latine. Idem canones ab apostolis profectos esse censuit, eique assensi sunt Baronius Ann. 102, 19—20, Binius, Concilia generalia I, 18. Natalis Alexander autem, In hist. eccles. saec. I dissert. XIX, canones apocryphos et plane suppositicios esse probavit, et quamquam nonnulla argumenta attulit, quae minoris momenti sunt, in universum sententiam suam ita firmavit, ut eam plurimi sequerentur. Pauci tantum postea authenticam scripturae defenderunt, nuper Pitra.

Scriptura ipsa prologo ad synodum apostolorum Antiochiae factam se refert, et inscriptio eam a Pamphilo presbytero in bibliotheca Origenis inventam esse dicit. Neutrum vero fide dignum est. Neque S. Scriptura de synodo apostolorum Antiochiae celebrata loquitur, neque Origenes decretorum synodi mentionem facit. Auctor insuper ipse nimis se fide privavit. Scriptura ita e diversis S. Scripturae locis et terminis posterioris aetatis consarcinata est, ut nequaquam apostolis vel aequali apostolorum adiudicari possit. Pluribus locis praeterea tam prope ad Didascaliam vel Constitutiones apostolorum accedit, ut auctor hos libros legisse censendus sit. Clausula vel canone X diserte etiam Canones apostolorum commemorantur, qui Constitutiones terminant. Quae clausula quidem in editionibus prioribus deest; omnibus autem codicibus tradita haud dubie pars scripturae habenda est. Canone IV auctor cultum imaginum respicit et vocabulo *θεανδρικὸς* utitur, quod in litteris christianis ante saeculum V non inveniri videtur. Quae cum ita sint, scriptura vix saeculo V prior est. Innocentius I (401—17) eam nondum cognitam habuit, ut Harnack¹ censuit, cui P. Lejay adstipulatus est.² Scripsit quidem Alexandro episcopo

¹ *Die Mission und Ausbreitung des Christentums* 1902 p. 58.

² *Revue de clergé français* 1903 Oct. p. 343—355.

Antiocheno, ecclesiam Antiochenam praerogativam suam non tam pro civitatis magnificentia nactam esse, quam quod prima primi apostoli sedes esse monstraretur, ubi et nomen accepisset religio christiana et quae conventum apostolorum apud se fieri celeberrimum meruisset (Harduinus, Acta concil. I, 1012), haud dubie autem conventum apostolorum Gal. 2, 11—21 commemoratum in mente habuit. Etiam minus recte F. Nau¹ Origenem scripturam legisse opinatus est. De conventu apostolorum Hierosolymitano loquens doctor Alexandrinus C. Cels. VIII, 29 quidem de presbyteris Antiochiae in unum congregatis dicit; attamen his verbis, Act. 15, 22 liberius interpretans, haud dubie viros designat, qui apostolos de praeceptis iudaicis interrogaturi Antiochia Hierosolyma profecti sunt. Primus scripturae testis est Gregorius episcopus Pisinuntensium in synodo Nicaena II a. 787 canonem IV his verbis laudans: *Ἐν τῇ κατὰ Ἀντιόχειαν συνόδῳ τῶν ἁγίων ἀποστόλων εἴρηται, τοῦ μηκέτι πλανᾶσθαι εἰς τὰ εἰδῶλα τοὺς σωζομένους, ἀλλ' ἀντεικονίζειν τὴν θεανδρικὴν ἀχραντον στήλην τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ* (Harduinus l. c. IV, 48; Mansi XII, 1018). Itaque scriptura annis 500—750 composita esse videtur. Canonem IV respicientes vix errabimus eam ad iconoclasmum priorem vel ad annos 726—775 referentes. Canonem I autem cum loco S. Scripturae consentaneo diligentius comparantes fortasse perspicimus, quae occasio auctori fuerit figmenti ad synodum Antiochenam referendi. Cum Lucas Act. 11, 26 scribat: *Ἐγένετο δὲ αὐτοῦς (Βαρνάβαν καὶ Σαῦλον) ἐνιαυτὸν ὅλον συναχθῆναι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ διδάξαι ὄχλον ἱκανόν, χρηματίσαι τε πρῶτον ἐν Ἀντιοχείᾳ τοὺς μαθητὰς Χριστιανούς*, falsator verba de synodo apostolorum interpretatus esse videtur.

Locus scripturae vix definiri potest. Attamen ea in Syria (Harnack) vel in Palaestina (Lejay) compositam fuisse conicere licet.

Scripturam totam primus Bickell anno 1843 in tomo priore Historiae iuris eccl. p. 138—143 codice Monacensi 380 adhibito typis expressit. Accuratiorem ex eodem codice eam edidit Lagarde in Reliquiis iuris eccles. antiqu. gr. 1856 p. 18—20. Tertiam editionem Pitra a. 1864 in tomo priore Historiae et Monum.

¹ *Bulletin critique* 1904 p. 435—438.

iuris eccl. Graecorum p. 88—95 paravit. Inspexit quidem duos alios codices, scilicet Vallicellanum F 10 et Laurentianum plut. X, 1; sed libris manuscriptis parum fidei habuit atque nimium de suo ingenio dedit. Adhuc codicem Coislisianum 211 tanquam scripturam tradentem laudat. Cum autem neque unam lectionem ex eo distincte alleget, librum non legisse videtur. Harnack (l. c. p. 54 sq.) nuperrime textum Bickellianum repetiit.

Mihi quoque tres illi codices praesto erant. Signo Vallicellanum a, Florentinum vel Laurentianum f, Monacensem m.

VIII.

LEX CANONICA SANCTORUM APOSTOLORUM.

Haec scriptura Constitutionibus apostolorum mihi adiungenda esse videtur, quia similiter atque hae ab apostolis se profectam esse profitetur et uno codice huic operi inserta traditur.

Primus I. Guil. Bickell in tomo priore Historiae iuris ecclesiastici (1843) p. 133—137 e codice Vindobonensi eam publicavit. Textum editionis principis fere intactum Lagarde repetiit in Reliquiis iuris eccles. antiquissimis gr. 1856 p. 36—37; modo in canone I emendavit *διακαινήσιμον*, cum codex legat *διακαινισήμιον*, et formam aliquot verborum mutavit. Tertiam editionem instituit Pitra in tomo priore Historiae et Monum. iuris eccles. Graecorum p. 100—109. Duos quidem alios codices adhibuit, textum autem non accuratiorem reddidit. Itaque scripturam denuo edens operam non perdere mihi visus sum.

Respiciens scripturam vocabulo *ἀνάθεμα* vim excommunicationis attribuere, qua synodi saeculi IV id usurpant, Bickell (l. c. p. 100) eam hoc saeculo non priorem, ceteroquin antiquam esse censuit. Pitra (l. c. p. 107) canonem I non antiquiorem esse quam Typicum S. Sabae († 532) putat. At errasse videtur. Textus huius scripturae nuper editus (*Byzantinische Zeitschrift* III, 168—170) sententia illi canoni propinqua caret. Ceteroquin ille canon ipse prodit, scripturam non ante saeculum V exortam esse. Saeculo IV

quidem exeunte iam dies hebdomadam sanctae et paschalis feriae habebantur. Lex anni 392 decernit: Actus omnes, seu publici sunt seu privati, diebus quindecim paschalibus conquiescant. Similiter lex anni 389. Cf. Codex Iustin. III, 12, 8. 9. Brevi post Constitutiones apostolorum VIII, 33, 3 praecipunt, ut servi per hebdomadam sanctam totam atque sequentem feriantur. Quod canon I igitur praecipit, id saeculo IV exeunti et saeculo V ineunti non plane alienum erat. Poena autem, quam transgressoribus legis minatur, canon tempus posterius indicat. Idem etiam sermo scripturae prodere videtur. Cf. canones X, XIII, XVII. Quamdiu vero postea scriptura confecta sit, vix statui potest. Etiam synodus Trullana 692 c. 66 praecepit, ut per hebdomadam paschalem totam Christiani festum celebrarent. Si scriptura *περὶ ἑξαγγελιῶν*, quam A. Mai in Spicilegio Romano a. 1840 t. III p. XVI—XX e codice Vaticano publicavit, recte a Sophronio Hierosolymitano († 638) composita fuisse traditur, hic pater eam legit. Aequae enim ac Constitutiones et Canones apostolorum scripturam illam, canones 3, 4, 12, 11, 15, 17, 16, 18 proferens, in usum suum vertit. Quatuor canones, sc. 3, 5, 7, 13, etiam in Epitimiis Ioanni Chrysostomo adscriptis leguntur, quae Pitra edidit in Spicilegio Solesmensi IV, 461—464.

Ad textum recensendum duo codices antiqui mihi praesto erant, scilicet:

1. Vindobonensis hist. gr. 7 iam cognitus, qui scripturam fol. 13 ante Capitula XXX exhibet (= v);

2. Petropolitanus 254 idemque notus, qui scripturam capiti ultimo Constitutionum adiungit vel Canonibus apostolorum praemittit (= p).

Libri in universum plane consentiunt. Modo Petropolitanus canonem XIV pro septimo habet, septimum pro octavo ac deinceps similiter usque ad canonem XV. Qui ordo rectior sit, aegre definiri potest. Sequor codicem Vindobonensem, quem et editores priores secuti sunt.

Pitra etiam codicem Ottobonianum 160 adhibuit. Mihi huius libri lectiones nec respiciendae nec exscribendae esse videntur. Codex enim scripturae paraphrasin et commentarium praebet; ad textum autem restituendum nihil confert. Pitra semel (can. I)

eius lectionem (Θείκωε) lectioni ceterorum codicum (Θετικωε) praetulit, ac certe erravit. Ut autem lector imaginem scripturae accipiat, ex apographo photographico, quod Dr. I. O. Braun benignissime mihi confecit, in commentario tres vel quatuor canones priores transcribo, canonibus III et IV in libro Ottoboniano in unum conflatis.

IX.

SANCTORUM APOSTOLORUM POENAE PRO LAPSIS.

Hic libellus inscriptione apostolis attribuitur. Canone XI auctor insuper se Constitutiones vel Canones apostolorum imitatum esse prodit. Tota autem scriptura, ut commentarius docet, e decretis synodi Ancyranae ac Basilii et Canonibus apostolorum compilata est. Itaque non ante saeculum V est exorta. Accuratius eius tempus definiri nequit.

Traditur scriptura codice Vaticano 828 iam (p. XVIII) memorato fol. 346. Pitra, qui eam in Iuris eccles. Graec. historia et monumentis I, 105—107 publicavit, eam etiam codice Ottoboniano 160 servari dicit, et ex hoc libro canonem depromptum esse aliquis censere possit, qui apud editorem principem tertium locum obtinet et in codice altero deest. Equidem eam in codice illo tempore brevi, quo librum inspicere potui, frustra quaesivi. Pitra ipse alium codicem ac Vaticanum se non adhibuisse prodit ne unam quidem lectionem variam exhibens. Canon ille per aliquem errorem fortasse in scriptura insertus est. Ego libellum denuo edens codicem Vaticanum solum sequor, quem benignissime pro me contulit Dr. Merkle. Numeri canonum in codice desunt.

X.

SACRAMENTARIUM SERAPIONIS.

Scripturam, quam latine hoc nomine designo, graece *εὐχολόγιον* inscribo, primus a. 1894 A. Dmitrijewsky in ephemeride Academiae ecclesiasticae Kiioviensis, quae inscribitur *Trudy*, edidit, eiusque textum eodem anno A. Paulov in *Χρονικά Βυζαντινά* I 207—213 repetiit. Cf. *Byzantinische Zeitschrift* IV (1895), 193. Brevi post G. Wobbermin in monte Atheniensi, in bibliotheca claustris, cui nomen est Lawra, in codicem signatum numero 149 et exaratum saeculo XI incidit, qui scripturam fol. 7^v—24^v tradit, cumque illae editiones eum effugissent, ipse eam primus invenire sibi visus est. Publicavit eam a. 1898 in *Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur* edd. O. v. Gebhardt et A. Harnack XVII (nova series t. II) fasc. 3^b. Deinde F. E. Brightman descriptionem particulae codicis photographica nactus est et textum aliquot locis emendatum denuo edidit in *The Journal of Theological Studies* I (1900) 88—113; 247—77. Brightman scripturam etiam diligentissime et amplissime illustravit. Praeterea de ea elucidanda P. Drews in *Zeitschrift für Kirchengeschichte* XX (1900), 291—328; 416—41 optime meritus est. I. Wordsworth scripturam anno 1899 in sermonem anglicum translatum edidit sub titulo: *Bishop Serapion Prayer-Book*. L. Duchesne in tertia editione libri *Origines du culte chrétien* (1902) eam breviter descripsit, pauca de ea disseruit atque orationem primam vel secundum dispositionem nostram decimam tertiam in linguam gallicam vertit (p. 75—79). A. Baumstark orationem illam seu Anaphoram sagaciter inquirens invenire sibi visus est, eam a Serapione valde transformatam fuisse et antea hanc fere formam habuisse: exordium vel versum 1 gratiarum actionem secutam esse pro creatione ac redemptione eique desinenti in verbis *ὁ πᾶσιν καταλασσόμενος κτλ.* v. 5 verbis *δι' οὗ* adiunctam fuisse sectionem *σοὶ προσηνέγκαμεν — ἀναίμακτον* v. 11^b, deinde successisse v. 13^b (*καὶ παρακαλοῦμεν κτλ.*), 16^b—19^a (*ἐλεηθῆτω ὁ λαὸς — τῷ λαῷ τούτῳ*), 6—11^a (*. . τῆς σῆς μεταλήψεως*), 15^a (*. . ἀληθείας*), 12^b (*ὅτι ὁ κύριος κτλ.*), 14^b (*. . λαβὼν <δὲ> ποτήριον — ἁμαρτημάτων*) adiunctis his verbis Liturgiae S. Marci: *τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· ὁσάκις γὰρ ἔαν*

ἑσθήητε τὸν ἄρτον τοῦτον, πίνητε δὲ καὶ τὸ ποτήριον τοῦτο, τὸν ἔμὸν θάνατον καταγγέλλετε, ἄχρις ἂν ἔλθω, 13ⁿ (. . παρακαλοῦμεν), 15^b (καὶ ποιήσον κτλ.). Cf. Röm. *Quartalschrift* 1904 p. 123—42.

Scriptura cum Constitutionibus apostolorum, quas una cum scripturis propinquis et aliquot aliis pseudoapostolicis denuo edere mihi propositum est, nequaquam cohaeret (neque earum fons est neque ab eis vel a Didascalia dependet) neque originem apostolicam prae se fert. Altera ex parte aequae ac libri VII et VIII Constitutionum de liturgia, baptismo et ordinibus sacris veteris ecclesiae copiosissime nos erudit, aetate Constitutiones etiam paulo superat, cumque libri, quibus hucusque vulgata est, haud paucis lectoribus aegre praesto sint, mihi in hoc tomo quoque recipienda esse videbatur.

Scriptura e triginta orationibus constat, quarum duodeviginti (in editione I—XVIII) liturgiam seu missam, septem baptismum et confirmationem (XIX—XXV), tres ordines sacros (XXVI—XXVIII), duae oleum aegrotorum (XXIX) atque sepulturam (XXX) spectant. Adiuncta est in codice epistula dogmatica, de patre et filio agens. Wobbermin eam quoque edidit; ego eam ad propositum meum non pertinentem praetermitto.

Orationes in codice non ordinem consentaneum obtinent. Preces missae imprimis disiunctae sunt. Pars liturgiae secunda, incipiens a Praefatione, in initio scripturae (num. I—VI) legitur, pars prima (n. XIX—XXX) in fine, addita autem huic parti vel ultimae orationi rubrica: *πᾶσαι αὐταὶ εὐχαὶ ἐπιτελοῦνται πρὸ τῆς εὐχῆς προσφόρου*. Orationes huius partis insuper saepe ordine recto carent, ut numeri uncinis inclusi ostendunt, quos numeris versionis latinae addo. Attamen singulae orationes in universum saltem in locum ipsis convenientem redigi possunt. Sequor ordinem, quem Brightman restituit, a quo etiam Drews parum divergit.

Oratio oblationis vel Praefatio (n. XIII) inscriptione ad Serapionem refertur. Post orationes ordinationum vel ante orationem in unctionem baptizandorum (XXII) codex exhibet: *Προσευχ. σαραπίωνος ἐπισκόπου θμουσέως* (l. *θμουέως*). Vocabulum primum, ut Brightman ostendit, legendum est *προσευχαί*, non *προσευχή*, ut Wobbermin putavit. Hac nota ergo plures orationes Serapioni episcopo Thmuensi attribuuntur, aut omnes sequentes (num. XV—XXX secundum ordinem codicis) aut series proxima (n. XV—XVIII).

Fortasse tota collectio ad eum referenda est. Utut autem haec res se habet, orationes certe aetati Serapionis vel saeculo IV medio adiudicandae sunt; Serapion enim in scriptura nominatus haud dubie est amicus S. Antonii et S. Athanasii, cui hic plures epistulas et libellum De morte Aarii scripsit. Altera ex parte Serapion non proprie auctor orationum, saltem non omnium, habendus est. Praefatio, quae expresse ei attribuitur, certe iam ante eum existebat, quare ipse eam in formam paulo mutatam tantum redegisse censi potest. Idem de pluribus sane aliis orationibus dicendum est.

Codex Atheniensis scripturam non sine vitiis tradit. Litteras, syllabas et verba deficientia in textu uncinis < > inclusa addidi. Lectiones falsas notabiliores in commentario critico exscripsi. De manifestis mendis autem orthographicis ratio non reddenda esse videbatur.

Sigla sunt: A = codex, B = Brightman, W = Wobbermin.

XI.

CANONES APOSTOLORUM ECCLESIASTICI.

Scripturam, quae sub hoc titulo codice Vindobonensi hist. graec. 7 traditur atque germanice vulgo *Apostolische Kirchenordnung* appellatur, cum origenem apostolicam sibi usurpet et Constitutionibus apostolorum quodam modo similis sit, in hoc volumine exspectare licet. Nolui autem eam denuo edere, quoniam omnibus satis praesto est. Typis enim eam expresserunt non solum Guil. Bickell¹, P. de Lagarde², Pitra³, A. Hilgenfeld⁴, sed etiam plures ex editoribus Doctrinae apostolorum vel Didaches, cuius particula prior (I—IV, 8) in ea adaucta repetita est, scilicet Th. Bryennius⁵,

¹ *Geschichte des Kirchenrechts* I (1843), 107—132.

² *Analecta Antenicana* ed. Bunsen II (1854), 451—460; *Reliquiae iuris eccles. antiquissimae gr.* 1856 p. 74—79.

³ *Iuris ecclesiastici Graecorum historia et monumenta* I (1864), 77—86.

⁴ *Novum Testamentum extra canonem receptum* IV 1866; ed. altera 1884.

⁵ *Λιδαχή τῶν δώδεκα ἀποστόλων* 1883.

A. Harnack¹, Ph. Schaff², F. X. Funk³, Rendel Harris⁴. Attamen eis, quae de scriptura in Prolegomenis ad meam editionem p. LIII—LVIII et in tractatu in libro *Kirchengeschichtliche Abhandlungen und Untersuchungen* II (1899), 236—251 publicato dixi, nonnulla addenda sunt.

Versiones scripturae aethiopica et copticae duae, scilicet memphitica vel boheirica et thebaica vel sahidica, iam in editione mea p. LVII commemoratae sunt. Interea testes novi in lucem prodierunt. Postquam iam Lagarde in Reliquiis iuris ecclesiastici antiquissimis syr. 1856 p. 19—23 particulam versionis syriacae codice Parisino syr. 38 traditam vel capita 3—14 vulgavit, A. Baumstark in *Stromatio archaeologico* 1900 p. 15—31 reliquas particulas vel c. 1—2 et 15—30 una cum versione germanica, Arendzen in *The Journal of Theological Studies* III (1901), 59—80 textum syriacum totum versione anglica adiecta edidit. Cf. *Theologische Quartalschrift* 1903 p. 319 sq. E. Hauler e codice palimpsesto Veronensi, cui fragmenta Didascaliae et Constitutionum ecclesiae aegyptiacae debemus, in libro: *Didascaliae apostolorum fragmenta Veronensia latina* 1900 p. 93—101, particulam versionis veteris latinae, c. 18, 5—c. 30, edidit. Versionem arabicam Guil. Riedel descripsit in libro *Die Kirchenrechtsquellen des Patriarchats Alexandrien* 1900 p. 21 sq. et 69 sq.

Particula scripturae c. 3—14 amplectens, ut iam olim cognitum erat, codice Ottoboniano 408 textu plus minus divergente traditur. Th. Schermann eam nuperrime in duobus aliis codicibus, Parisino gr. 1555 A et Neapolitano gr. II C 34, invenit et in libro *Eine Elfapostelmoral oder die X-Rezension der „beiden Wege“* 1903 typis expressit. Olim textus Ottobonianus viris doctis e textu vulgato excerptus et aliquot locis e Didache correctus et auctus fuisse videbatur; locum capitis 14 vulgati ex epistula Barnabae desumpti inprimis in illa recensione obtinet Didache 4, 9—14 vel particula descriptionis viae vitae ultima nonnullis sententiis omissis et aliter dispositis. Schermann rationem contrariam contendit inter

¹ *Die Lehre der zwölf Apostel* 1884 (*Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristlichen Literatur* edd. O. de Gebhardt et A. Harnack II, 1).

² *The Teaching of the Twelve Apostles* 1885; ed. III 1889.

³ *Doctrina duodecim apostolorum* 1887.

⁴ *The Teaching of the Apostles* 1887.

duas scripturas intercedere, recensionem Ottobonianam antiquiorem esse et textum vulgatum ab ea dependere, aliquot sententias ac verba autem etiam Doctrinae apostolorum et epistolae Barnabae debere (l. c. p. 87). Quaestio difficilis mihi adhuc illo modo facilius ac rectius solvi videtur. Cf. *Theologische Quartalschrift* 1904 p. 317 sq.; 629—31.

Aetas scripturae etiam nunc diverse definitur, attamen artioribus finibus circumscribitur quam antea. Batiffol¹ et Bardenhewer² eam saeculo III exeunti vel anno 300 circiter attribuunt. Equidem olim eam ad partem saeculi III priorem retuli; nunc eam saeculo IV et quidem post synodum Nicaenam potius quam ante compositam esse censeo.³ Harnack olim saeculo IV ineunte, nuperime annis 300—350 eam compilatam esse iudicavit.⁴

Patriam scripturae omnes fere Aegyptum esse sentiunt. Cui sententiae revera plura argumenta favent, neque vero satis firma sunt, et mihi Syria non plane exclusae esse videtur.⁵

¹ *Anciennes littératures chrétiennes; la littérature grecque* 1887 p. 74.

² *Patrologie* ed. II 1901 p. 141. *Geschichte der altkirchlichen Literatur* II (1903), 265.

³ *Kirchengeschichtliche Abhandlungen und Untersuch.* II (1899) 244—250.

⁴ *Geschichte der altchristlichen Literatur* II, II (1904), 486.

⁵ Cf. quae exposui l. c. p. 250 sq.



TESTIMONIA VETERUM.

A.

DIDACHE APOSTOLORUM.

I.

EUSEBIUS CAESARIENSIS [c. 313—323].

H. E. III, 25, 4: *Ἐν τοῖς νόθοις κατατετάχθω καὶ τῶν τοῦ Παύλου Πράξεων ἡ γραφή, ὃ τε λεγόμενος Ποιμὴν καὶ ἡ Ἀποκάλυψις Πέτρου, καὶ πρὸς τούτοις ἡ φερομένη Βαρνάβα ἐπιστολὴ καὶ τῶν ἀποστόλων αἱ λεγόμεναι Διδαχαὶ κτλ.*

Nicephorus Callisti H. E. II, 46 Eusebii verba repetiit. Rufinus in versione *Historiae ecclesiasticae de Doctrina* loquitur, non de *Doctrinis*.

II.

PSEUDO-CYPRIANUS.

De aleatoribus c. 4, Hartel III, 96: Et in *Doctrinis apostolorum*: Si quis frater delinquit in ecclesia et non paret legi, hic nec colligatur, donec paenitentiam agat, et non recipiatur, ne inquinetur et impediatur oratio vestra. Cf. *Didache* 14, 2; 15, 3.

III.

ATHANASIUS ALEXANDRINUS [† 375].

Epist. pasch. 39 ann. 367, Migne PG 26, 1438: *Ἔστι καὶ ἕτερα βιβλία . . οὐ κανονιζόμενα μὲν, τετυπωμένα δὲ παρὰ τῶν πατέρων ἀναγινώσκεσθαι τοῖς ἄρτι προσερχομένοις καὶ βουλομένοις κατηχεῖσθαι τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον· Σοφία Σολομοῦντος καὶ Σοφία Σιράχ καὶ Εὐθῆρ καὶ Ἰουδὶθ καὶ Τωβίας καὶ Διδαχὴ καλουμένη τῶν ἀποστόλων καὶ ὁ Ποιμὴν.*

Verba Athanasii repetiit Matthaeus Blastares [c. 1335], *Syntagma alphabeticum* litt. β' c. 11, Migne, PG 144, 1142; addens autem: *ταύτην (Διδαχὴν τῶν ἀγίων ἀποστόλων) δὲ καὶ ἡ ἔκτη σύνοδος ἠθέτησεν, ὡς δεδήλωται, Didachen confundit cum Constitutionibus apostolorum.*

IV.

INDICULUS LIBRORUM LX CANONICORUM [saec. VI].

Καὶ ὅσα ἔξω τῶν ξ' α' Σοφία Σολομῶντος, β' Σοφία Σιράχ,
 . . . ιξ' Περίοδοι καὶ Διδαχαὶ τῶν ἀποστόλων.

Hunc indiculum primus edidit Cotelerius, *Patr. apost. ed. Clericus* 1724 I, 197; nuperrime Th. Zahn, *Geschichte des neutestamentlichen Kanons* II (1890), 290; Funk in *Theologische Quartalschrift* 1895 p. 527.

V.

SYNOPSIS S. SCRIPTURAE ATHANASIO ATTRIBUTA.

Migne PG 28, 431: Τῆς νέας πάλιν διαθήκης ἀντιλεγόμενα ταῦτα· Περίοδοι Πέτρου, . . . Διδαχὴ ἀποστόλων, Κλημέντια· ἐξ ὧν μετεφράσθησαν ἐκλεγέντα τὰ ἀληθέστερα καὶ θεόπνευστα. ταῦτα τὰ ἀναγνωσκόμενα.

Hanc scripturam non a magno episcopo Alexandrino confectam esse omnes consentiunt. Credner, *Geschichte des neutestamentlichen Kanons* 1860 p. 249 eam ad saeculum X refert. Zahn l. c. II, 315 eam certe non ante saeculum VI, fortasse etiam tempore posteriore exortam esse censet.

VI.

STICHOMETRIA NICEPHORO ADSRIPTA [c. 850].

Chronographia brevis, Migne PG 100, 1060: Ὅσα τῆς νέας διαθήκης ἀπόκρυφα· α' Περίοδος Παύλου στιχ. γχ', β' Περίοδος Πέτρου στιχ. βψν', ε' Διδαχὴ ἀποστόλων στιχ. σί' . . .

Hanc stichometriam vel longiorem Chronographiae recensionem, quae eam continet, non a Nicephoro Constantinopolitano († 828), sed circa annum 850 compositam esse, demonstravit C. de Boor, *Nicephori archiepiscopi Constant. opuscula historica* 1880. Zahn l. c. II, 297 eam Hierosolymis conscriptam fuisse putat. Idem novam textus recensionem instituit, quam secutus sum.

VII.

IOANNES ZONARAS [†. c. 1120].

Commentarius ad Athanasii epistolam paschalem 39, PG 138, 563: Ἔστιν ἕτερα βιβλία, . . οὐ κανονιζόμενα μὲν, ἀναγνωσκόμενα δέ, ἅτινα λέγει εἶναι τὴν Σοφίαν Σιράχ . . . , καὶ Διδαχὴν καλουμένην τῶν ἀποστόλων λέγουσιν εἶναι τὰς διὰ τοῦ Κλήμεντος συγγραφείσας τῶν ἀποστόλων Διατάξεις, ἃς ἡ λεγομένη ἕκτη σύνοδος ἀναγνώσκεισθαι οὐ συγχωρεῖ ὡς νοθευθείσας καὶ φθαρθείσας ὑπὸ αἱρετικῶν.

Nonnulli auctores Didachen non proprio quidem nomine designarunt, sed ea tanquam S. Scriptura usi sunt, sc. Clemens Alexandrinus Strom. I, 20, 100 p. 377; Origenes De principiis III, 2, 7; Optatus Milevitanus I, 21; III, 7; auctor Gestorum apud Zenophilum (S. Optati Mil. libr. VII ed. Ziwsa 1893 p. 172; cf. *Theologische Quartalschrift* 1894 p. 601—604). Neque vero illa testimonia neque reliqua, quibus Didache tacite usurpatur, hoc loco exscribenda esse videntur. Remitto lectorem ad editiones scripturae et ad Patres apostolicos ed. Funk 1901.

B.

DIDASCALIA APOSTOLORUM.

I.

AUDIANI [c. 325].

Referente Epiphanio H. 70 c. 10 verbis in sectione sequente n. 4 v. 1 allegatis Audiani Didascaliam laudabant, ut suam paschae celebrationem vel Quartodecimanismum defenderent.

II.

EPIPHANIUS [a. 375].


1. H. 45 c. 4 ed. Dindorf II, 410: *Ἀλλὰ καὶ οἱ ἀπόστολοι φασιν ἐν τῇ Διατάξει τῇ καλουμένῃ, ὅτι φυτεία θεοῦ καὶ ἀμπελῶν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία.*

Verbis *φυτεία κτλ.* Epiphanius exordium Didascaliae exhibet. Sententiam autem potius quam verba laudasse videtur. Locus nec cum Didascalia nec cum Constitutionibus plane consentit. Neque plus quam sententia patri opus erat. Severum enim Encratitam loco illo redarguere voluit dicentem, vitem a diabolo consitam esse.

2. H. 80 c. 7 Dindorf III, 546: *Καὶ περὶ μὲν οὖν τοῦ γενείου ἐν ταῖς Διατάξεσι τῶν ἀποστόλων φάσκει ὁ θεῖος λόγος καὶ ἡ διδασκαλία, μὴ φθείρειν, τουτέστι μὴ τέμνειν τρίχας γενείου, μηδὲ ἑταιρισμῶ κατακοσμεῖσθαι μηδὲ ὑπερηφανίας ὑπόδειγμα δικαιοσύνης τὴν προσέλευσιν ἔχειν.*

Verba *μὴ φθείρειν* — *γενείου* respiciunt Didascaliam I, 3, 11, *μηδὲ ἑταιρισμῶ κατακ.* Did. I, 3, 8—9. Verba *μηδὲ ὑπερηφανίας κτλ.* ad Did. I, 4 referri possunt. Animadvertite, hoc quoque loco Epiphanio minus verba reddenda fuisse quam sententiam.

3. H. 75 c. 6 Dindorf III, 360: 1. *Εἰ δὲ καὶ χρὴ τὰ τῆς Διατάξεως τῶν ἀποστόλων λέγειν, πῶς ἐκεῖ ὀρίζοντο τετρακ...*



καὶ προσάββατον νηστείαν διὰ παντὸς χωρὶς πεντεκοστῆς; 2. καὶ περὶ τῶν ἑξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα πῶς παραγγέλλουσι μηδὲν ὅλως λαμβάνειν ἢ ἄρτου καὶ ἁλὸς καὶ ὕδατος; 3. ποίαν τε ἡμέραν ἔγειν, πῶς δὲ ἀπολύειν εἰς ἐπιφώσκουσαν κυριακὴν, φανερόν ἐστιν. . . . 4. εἶτα δὲ εἰ μὴ περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως τετραδῶν καὶ προσαββάτων οἱ αὐτοὶ ἀπόστολοι ἐν τῇ Διατάξει ἔλεγον καὶ ἄλλως ἐκ πανταχόθεν εἶχομεν ἀποδείξει, ὅμως περὶ τούτου ἀκριβοῶς γράφουσι.

1. Quae in hoc versu e Diataxi proferuntur, Did. V, 14, 15 leguntur, exceptis verbis *χωρὶς πεντεκοστῆς*, quae etiam in Constitutionibus V, 14, 20 desunt et haud dubie ab Eriphanio addita sunt, qui similiter scripsit Expos. fidei c. 21.

2. Idem Didascalia V, 18, 1 praecipit, cum Constitutiones post *ἀλλ* addant *καὶ λαχάνοις*. Eriphanus Expos. fidei c. 21 ieiunium paschae eodem modo describit, quo illo loco.

3. De die paschae et de solutione ieiunii Didascalia V, 19—20 agit.

4. Cf. v. 1.

4. H. 70 c. 10—12 Dindorf III, 255—58: 1. *Εἰς τοῦτο δὲ οἱ αὐτοὶ Ἀδιανοὶ παραφέρουσι τὴν τῶν ἀποστόλων Διατάξιν, οὐδὲν μὲν τοῖς πολλοῖς ἐν ἀμφιλέκτῳ ἀλλ' οὐκ ἀδόκιμον· πᾶσα γὰρ ἐν αὐτῇ κανονικὴ τάξις ἐμφέρεται, καὶ οὐδὲν παρακεχαραγμένον τῆς πίστεως οὔτε τῆς ὁμολογίας οὔτε τῆς ἐκκλησιαστικῆς διοικήσεως καὶ κανόνος καὶ πίστεως.* 2. *τὸ δὲ ῥητόν, ἀφ' οὗ λαμβάνοντες περὶ τοῦ πάσχα κακῶς παρερμηνεύουσιν οἱ προειρημένοι, καὶ ἀγνοοῦντες ἑτέρως ὑπολαμβάνουσιν. ὀρίζουσι γὰρ ἐν τῇ αὐτῇ Διατάξει οἱ ἀπόστολοι, ὅτι ὑμεῖς μὴ ψηφίζητε, ἀλλὰ ποιεῖτε, ὅταν οἱ ἀδελφοὶ ὑμῶν οἱ ἐκ περιτομῆς, μετ' αὐτῶν ἅμα ποιεῖτε.* 3. *καὶ οὐκ εἶπαν· ὅταν οἱ ἀδελφοὶ ὑμῶν οἱ ἐν περιτομῇ, ἀλλὰ οἱ ἐκ περιτομῆς, ἵνα δείξωσι τοὺς ἀπὸ τῆς περιτομῆς εἰς τὴν ἐκκλησίαν μετελθόντας ἀρχηγοὺς εἶναι μετ' ἐκείνων τὸν χρόνον, καὶ εἰς τὸ συμπείθεσθαι τοῖς ἄλλοις, εἰς τὸ μὴ ἄλλον ποιεῖν ἄλλους καὶ ἄλλον ἄλλοτε. τοῦτο γὰρ τὸ πᾶν συνήγαγον φρόντισμα διὰ τὴν ἕνωσιν τὴν μίαν, ἵνα μὴ ἦ ὀχίσματα μηδὲ διαιρέσεις. οὗτοι δὲ μὴ νοήσαντες τὸν νοῦν τῶν ἀποστόλων καὶ τοῦ λόγου τοῦ ἐμφερομένου τοῦ ἐν τῇ Διατάξει ἐνόμισαν μὴ πον ἄρα μετὰ τῶν Ἰουδαίων χρῆ τὸ πάσχα ἐπιτελεῖν.* 4. *ἅμα δὲ καὶ πεντεκαίδεκα ἐπίσκοποι γεγόνασιν ἐκ περιτομῆς, καὶ ἐχρῆν τότε τῶν ἐπισκόπων ἐκ περιτομῆς ὄντων ἐν Ἱερουσαλὴμ κατασταθέντων τὸν πάντα κόσμον τούτοις συνέπεσθαι καὶ μετ' αὐτῶν*

ἐπιτελεῖν, ἵνα μία τις γένηται συμφωνία καὶ μία ὁμολογία, μία ἑορτὴ ἐπιτελουμένη. διὸ ἐκείνων ἡ ἐπιμέλεια τὸν νοῦν τῶν ἀνθρώπων συνάγουσα εἰς ἕνωσιν τῆς ἐκκλησίας, μὴ δυνηθεῖσα τὸν τοσοῦτον χρόνον ἐπιτελεσθῆναι, εὐδοκήσει θεοῦ ἐπὶ Κωνσταντίνου ἐγένετο ὁμονοίας ἕνεκα. παρὰ τοῖς ἀποστόλοις δὲ τὸ ῥητὸν δι' ὁμόνοιαν ἐμφέρεται, ὡς ἐπιμαρτυροῦσι λέγοντες, ὅτι καὶν τε πλανηθῶσι, μηδὲν ὑμῖν μελέτω. 5. ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν ἐκεῖσε εἰρημένων ῥητῶν ἡ ἀντίθεσις ὀφθήσεται. φάσκουσι γὰρ τὴν ἀγροπνίαν φέρειν μεσαζόντων τῶν ἀζύμων. οὐ δύναται δὲ τοῦτο πάντοτε γενέσθαι ἐν τῇ ψήφῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς. 6 (c. 11). ἐκ τριῶν γὰρ συνέστηκεν ὁ τοῦ πάσχα σύνδεσμος, ἕκ τε τοῦ ἡλιακοῦ δρόμου διὰ τὴν κυριακὴν καὶ τὸν μῆνα, ἕκ τε τοῦ σεληνιακοῦ δρόμου διὰ τὸ κατὰ τὸν νόμον, ὅπως ἐν τῇ τεσσαρεσκαίδεκάτῃ τῆς σελήνης τυθῆ τὸ πάσχα, ὡς εἶπεν ὁ νόμος. οὔτε οὖν δύναται ἀχθῆναι, ἐὰν μὴ ὑπερβῆ ἰσημερία, ὅπερ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις οὐ φυλάσσεται, οὔτε ἀκριβῆ θέλουσι τοιαύτην ἐπιτελεῖν πραγματείαν· διέπεσε γὰρ παρ' αὐτοῖς καὶ ἡπάτηται τὰ πάντα. 7. πλὴν εἰ καὶ τοσαύτης ζητήσεως ὑπάρχει ἡ τοιαύτη ἀκριβεία, οὐ διὰ τὴν ζήτησιν ταύτην καὶ τὴν ἀκριβείαν τοῖς ἀποστόλοις εἴρηται, ἀλλὰ δι' ὁμόνοιαν καὶ μετὰ τῶν ἐχθρῶν τοῦ Χριστοῦ ἐπιτελεῖν οἱ ἀπόστολοι προσέταξαν, ὡς οὗτοι διῆσχυρίζονται, πόσῳ γε μᾶλλον δι' ὁμόνοιαν μετὰ τῆς ἐκκλησίας χρὴ ἐπιτελεῖν, ἵνα μὴ τὴν ὁμόνοιαν χαράξωμεν τῆς ἐκκλησίας; 8. πῶς οὖν δύναται τελείσθαι τοῦτο; λέγουσι γὰρ οἱ αὐτοὶ ἀπόστολοι, ὅτι, ὅταν ἐκεῖνοι εὐωχῶνται, ὑμεῖς νηστεύοντες ὑπὲρ αὐτῶν πενθεῖτε, ὅτι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς τὸν Χριστὸν ἐσταύρωσαν, καὶ ὅταν αὐτοὶ πενθῶσι τὰ ἄζυμα ἐσθίουντες ἐν πικρίσιν, ὑμεῖς εὐωχεῖσθε. 9. συμβαίνει δὲ αὐτοὺς ἐν κυριακῇ ἡμέρᾳ ἄζυμα λαμβάνειν. ἐπιφωσκούσης γὰρ τῆς κυριακῆς ἐσπέρας δύναται θύειν τὸ πάσχα. μετὰ γὰρ ἐσπέραν παρελθόντος τοῦ σαββάτου οὐ δύναται ἔργον ἐπιτελεῖν. ἄρα γὰρ αὐτῶν θυσάντων, εἰ ἐγείρονται εὐωχούμενοι, πῶς ἡμεῖς ἐν κυριακῇ πενθήσομεν καὶ νηστεύσομεν, αὐτῶν ἀκούοντες ἐν τῇ Διατάξει, ὅτι ὁ κακῶν ἑαυτοῦ τὴν ψυχὴν ἐν κυριακῇ ἐπικατάρατός ἐστι τῷ θεῷ; 10. καὶ ὁρᾷς, πόση ἐστὶν ἀκριβεία καὶ ἀντίθεσις, μὴ δυναμένης τῆς πραγματείας κατὰ τὸ ῥητὸν ἐπιτελεῖσθαι; νοήματι δὲ πᾶσα ἔσθη ἡ ἀλήθεια τοῦ κηρύγματος, καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς Διατάξεως τῶν ἀποστόλων, ὅτι δι' ὁμόνοιαν ὡς συνηκται τοῦ λόγου ὁ σύνδεσμος, ἐὰν ἐπι-

τελέσωμεν, ἢ καὶ ἐπιτελώσι, μετὰ ἰσημερίαν, καθὼς κακεῖνοι ἄγουσι πολλάκις τε καὶ ἡμεῖς, πάλιν δὲ πρὸ τοῦ τελεσθῆναι τὴν ἰσημερίαν, ὡς ἐκεῖνοι ἄγουσιν, ὅτε μόνοι ἄγουσιν. 11. ἐὰν οὖν καὶ ἡμεῖς ἐπιτελέσωμεν, συμβέβηκεν ἡμῖν ἐν ἐνὶ ἐνιαυτῷ δύο πάσχα ἐπιτελέσαι, μετὰ ἰσημερίαν καὶ πρὸ ἰσημερίας, τῷ δὲ ἄλλῳ ἐξῆς ἐνιαυτῷ οὐδὲ ὅλως ἐπιτελέσωμεν πάσχα, καὶ εὐρεθήσεται τὸ πᾶν πλάνης εἶναι ἔργον ἢπερ ἀλήθεια. πρὸ γὰρ ἰσημερίας οὐ πληρωθήσεται τὸ ἔτος, οὐδὲ πληροῦται τοῦ κύκλου τοῦ δρόμου ἐκ θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις τεταγμένου ὁ ἐνιαυτός, ἐὰν μὴ παρέλθῃ ἰσημερία. 12 (c. 12). καὶ ἦν μὲν περὶ τούτου πολλὰ λέγειν, ὡς καλῶς ποιήσαντες οἱ πατέρες, μᾶλλον δὲ δι' αὐτῶν ὁ θεὸς κατώρθωσε τῇ ἐκκλησίᾳ τὸ πᾶν ἀκρίβασμα τῆς ἀληθείας τῆς πανσεβασμίου ταύτης ἑορτῆς καὶ παναγίας, μετὰ ἰσημερίαν μὲν ποιεῖσθαι, ὅτε ὑποπίπτει ἢ τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης καὶ τῆς σελήνης ἡμέρας ψῆφος, οὐχ ἵνα ἐν αὐτῇ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἐπιτελέσωμεν. μία γὰρ ἡμέρα παρ' ἐκείνοις ζητεῖται, παρ' ἡμῖν δὲ οὐ μία, ἀλλὰ ἕξ, ἑβδομάς πληρεστάτη. διὸ καὶ αὐτὸς ὁ νόμος λέγει ἐπιπλατύνων τὸ Λήψεσθε ἑαυτοῖς πρόβατον ἐναύσιον, ἄμωμον, τέλειον, ἀπὸ δεκάτου τοῦ μηνός, καὶ ἔσται ὑμῖν διατετηρημένον ἄχρι τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης, καὶ θύσεσθε αὐτὸ πρὸς ἑσπέραν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἡμέρᾳ τοῦ μηνός (Exod. 12, 5), τουτέστι τῆς σελήνης. 13. παρατηρεῖται δὲ ἡ ἐκκλησία ἄγειν τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα, τουτέστι τὴν ἑβδομάδα τὴν ὠρισμένην, καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἀποστόλων ἐν τῇ Διατάξει, ἀπὸ δευτέρας σαββάτων, ὅπερ ἐστὶν ἀγορασμὸς τοῦ προβάτου. καὶ ἐὰν μὲν ἦ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῆς σελήνης τῇ δευτέρᾳ τῶν σαββάτων, εἰς μέσον ἄγεται τὸ θῦμα τοῦ προβάτου, ἐὰν τε τρίτῃ σαββάτων, ἐὰν τε τετάρτῃ σαββάτων, ἐὰν τε πέμπτῃ σαββάτων, ἐὰν τε προσαββάτῳ, ἐὰν τε σαββάτῳ, τῶν ἕξ ἡμερῶν πρὸς τὴν τοιαύτην ὑπόθεσιν ἐχουσῶν τὴν διοίκησιν. οὔτε γὰρ ἀφ' ἑκκαδεκάτης σελήνης δυνάμεθα οὔτε ἀπὸ ἐνάτης σελήνης δυνάμεθα ἄρξασθαι τῆς ἑβδομάδος τῆς ξηροφαγίας καὶ πάσχα καλουμένης ἀγίας, ἀλλὰ ἀπὸ δεκάτης ἕως ἐπιφωσκούσης πεντεκαιδεκάτης, μεσαζούσης τῶν δύο δρόμων, νυκτός τε καὶ ἡμέρας. καὶ συναλαμβανομένου τοῦ αὐτοῦ ἀριθμοῦ, τῶν δεκατεσσάρων ἡμερῶν τῆς σελήνης, κἂν τε παραπτήται εἰς ἐπίφανσιν τῆς πεντεκαιδεκάτης, διὰ τὴν ἕξ ἀνάγκης ἀκρίβειαν τοῦ τε ἡλιακοῦ δρόμου μετὰ τὴν ἰσημερίαν καὶ τοῦ σεληνιακοῦ δρόμου διὰ τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην, καὶ τῆς ἑβδομάδος πλήρους διὰ τὴν κυριακὴν καὶ τὸν

ἀπὸ δεκάτης ἡμέρας σελήνης ἀριθμόν, ἣτις ἐστὶ σίλληψις τοῦ προβάτου καὶ ἀχροστιχίς τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ, ἐπειδὴ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ τὸ ἀντίτυπον αὐτοῦ πρόβατον ἐλαμβάνετο, ἀπὸ δεκάτης οὕτως ὀριζόμενον· οὐκέτι δὲ ἐπιγωσκούσης ἐκκαιδεκάτης...

2—4. His versibus respondet Didascalia V, 17, 1. Sensus utrinque idem est: modo Didascalia de fratribus e populo = Iudaeis loquitur, Epiphanius de fratribus e circumcissione = Christianis, ex industria, ut videtur, illi locutioni hanc substituens, qua suam loci interpretationem confirmet. Cum Christiani utrinque pascham eodem tempore obire iubeantur quo alii, seu Iudaei seu Iudaeo-Christiani, scripturae ambae annuunt, Christianis temporum rationes non esse subducendas. Epiphanius vel scriptura ab eo lecta apostolis etiam verba *μὴ ψηφίζητε* attribuit additque v. 4: *κἂν τε πλανηθῶσι, μηδὲν ὑμῖν μελέτω*, cum Didascalia nostra ea non habeat. Differentia haud magni momenti est. Vis loci verbis aut positis aut omissis eadem est; modo praeceptum magis aut minus severe inculcatur. Quid autem de differentia sentiendum est? Mihi textus Didascaliae nostrae genuinus esse videtur. Syrus enim in universum scripturam fidelissime tradit, et hic locus inprimis nequaquam suspicionem movet. E contrario, verba illa satis clare speciem interpretamenti prae se ferunt. Minime enim est verisimile, auctorem tam acriter Christianis praecepissē, ut pascham celebrantes Iudaeos sequerentur. Altera ex parte verba Epiphanius verbis auctoris addi poterant, atque conicere licet, Audianos vel alios Christianos pascham cum Iudaeis celebrantes scripturam illo modo in suis exemplaribus interpretatos esse et librum ab his ad Epiphanium pervenisse. Catholico vel sectatori ritus paschalis catholici non solum illa verba delenda erant, sed totus locus mutandus. Constitutor revera locum accommodatum ad modum paschae celebrandae a synodo Nicaena definitum exhibet.

5. Verba *τὴν ἀγρουπνίαν — ἀζύμων* Did. V, 20, 10 leguntur.

8. Hic locus e duobus Didascaliae versibus compositus esse videtur. Particula *ὅτι ἐν τῇ ἡμέρῃ — ἐσταύρωσαν* locum obtinet Did. V, 14, 21, ubi legimus: quia ea (parasceve) me crucifixerunt medio in festo azymorum suorum. Particula reliqua ad Did. V, 20, 10 referri potest, et respondet *ὅταν ἐκεῖνοι — πενθεῖτε* loco: vos ergo, cum populus ille pascham facit, ieiunate; *καὶ ὅταν αὐτοὶ — εὐωχεῖσθε* loco: et vigiliis vestras studete perficere cum azymis eorum. Loci sane non ad verbum consentiunt. Vix autem est dubium, Epiphanium Didascaliam liberius adhibuisse, cum id inprimis ageret, ut adversarios redargueret ad illam scripturam provocans.

9. Dictum *ὁ κακῶν κτλ.* Didascalia V, 20, 11 exhibet; modo pro *ἐπικαθάρσις ἐστὶ τῷ θεῷ* habet *ἐνοχος ἁμαρτίας ἐστίν*. Cum autem haec verba etiam in Constitutionibus legantur, apparet, Epiphanium locum mutasse, cum alteram versus partem, quae eadem est in Didascalia et apud Epiphanium, sc. *ὁ κακῶν — κνριακῆ*, Constitutor transformaverit eam reddens verbis *ὁ τῆν κνριακῆν νηστεύων*.

10. Didascalia V, 17 non dicit, concordiae gratia Christianis pascham eodem tempore cum Iudaeis celebrandam esse. Epiphanius autem Iudaeis fratres e circumcissione substituens illud facile e scriptura colligere potuit.

13. Verba ἀπὸ δευτέρας σαββάτων et allegoriam de luna decima et littera decima vel prima nominis Iesu littera, quae a Constitutionibus abest, ab Epiphanio autem etiam H. 50 c. 3 profertur, Didascalia V, 14, 17—18 habet. Verba ὅπερ ἐστὶν ἀγορασμὸς τοῦ προβάτου, quae in ea et in Constitutionibus desunt, haud dubie Epiphanii sunt.

5. H. 51 c. 26—27 Epiphanius chronologiam hebdomadis passionis exponit, quae nonnisi in Didascalia V, 13—14 legitur et haud dubie ex hac scriptura hausta est. Dicit inprimis, aequae ac Didascalia, Iudaeos tum temporis pascha ante tempus comedisse. Modo duos dies intervalli numerat scribens: ἔφαγον οὖν τὸ πάσχα πρὸ δύο ἡμερῶν τοῦ φαγεῖν, τουτέστι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ὅπερ ἔδει τῇ πέμπτῃ, cum Didasc. V, 17, 7 de tribus diebus sermo sit. De spatio temporis autem vel de numero dierum facile differre potuit. Didascalia, praesertim dies lunae respiciens, pascham illo anno undecima lunae vel tertia sabbati celebratam esse refert et tempus paschae legitimam decimam quartam lunae designat, ita ut intervallum trium dierum sit. Epiphanius diem hebdomadis vel feriam III retinens atque considerans, suo tempore memòriam s. cenae ubique feria V celebrari, consequenter de duobus intervalli diebus loquitur.

6. Expositio fidei c. 21: *Συνάξεις δὲ ἐπιτελούμεναι ταχθεῖσαι εἰσὶν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τετράδι καὶ προσαββάτω καὶ κυριακῇ· τετράδι δὲ καὶ ἐν προσαββάτω ἐν νηστείᾳ ἕως ὥρας ἐνάτης, ἐπειδὴπερ ἐπιφωσκούση τετράδι συνελήφθη ὁ κύριος καὶ τῷ προσαββάτῳ ἐστανρώθη, καὶ παρέδωκαν οἱ ἀπόστολοι ἐν ταύταις νηστείας ἐπιτελεῖσθαι.*

 19 διακόνω b | 22 ἀκατ. ὁ θεὸς f n | 23 τυραννικῶς : ἀσπάζονται τυραννικῶς,
 μᾶλλον δὲ m | σφετερίζονται f a² : -ίζονται rel | καινὴν f v | 24 κακῶ τῶ :
 τῶ κ. b | τῶ > a

αὐτοῖς πρὸς κέντρα λακτίζειν“. οὐ γὰρ ἡμᾶς ἢ τοὺς ἐπισκόπους
πολεμοῦσιν οἱ τοιοῦτοι, ἀλλὰ τὸν τῶν ἀπάντων ἐπίσκοπον καὶ
τοῦ πατρὸς ἀρχιερέα Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν. 13. ὑπὸ
Μωσέως μὲν γὰρ τοῦ θεοφιλεστάτου κατεστάθησαν ἀρχιερεῖς καὶ
ἱερεῖς καὶ λευῖται, ὑπὸ δὲ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἡμεῖς οἱ δεκατρεῖς 5
ἀπόστολοι, ὑπὸ δὲ τῶν ἀποστόλων ἐγὼ Κλήμης καὶ ἐγὼ Ἰάκωβος
καὶ σὺν ἡμῖν ἕτεροι, ἵνα μὴ πάλιν πάντας καταλέγωμεν, κοινῇ
δὲ ὑπὸ πάντων ἡμῶν πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι καὶ ὑποδιάκονοι
καὶ ἀναγνώσται. 14. πρῶτος τοίνυν τῇ φύσει ἀρχιερεὺς ὁ μονο-
γενῆς Χριστός, „οὐχ ἑαυτῷ τὴν τιμὴν ἀρπάσας“, ἀλλὰ παρὰ τοῦ 10
πατρὸς κατασταθεῖς· ὃς γενόμενος ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς καὶ τὴν
πνευματικὴν θυσίαν προσφέρων τῷ θεῷ ἑαυτοῦ καὶ πατρὶ πρὸ
τοῦ πάθους ἡμῖν διετάξατο μόνοις τοῦτο ποιεῖν, καίτοι ὄντων
σὺν ἡμῖν καὶ ἑτέρων τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων· ἀλλ' οὐ
πάντως πᾶς ὁ πιστεύσας ἤδη καὶ ἱερεὺς κατέστη ἢ ἀρχιερατικῆς 15
ἀξίας ἔτυχε. 15. μετὰ δὲ τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ ἡμεῖς προσενεγκόντες
κατὰ τὴν διάταξιν αὐτοῦ θυσίαν καθαρὰν καὶ ἀναίμακτον προ-
χειρισάμεθα ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους ἐπὶ
τὸν ἀριθμὸν· 16. ὧν εἷς ἦν Στέφανος ὁ μακάριος μάρτυς, οὐκ
ἀπολειπόμενος ἡμῶν κατὰ τὴν πρὸς θεὸν εὐνοίαν, ὃς τοσοῦτον 20
τὴν θεοσέβειαν τῇ πίστει ἐνεδείξατο καὶ τὴν εἰς τὸν κύριον ἡμῶν
Ἰησοῦν Χριστὸν ἀγάπην, ὡς ἐπὲρ αὐτοῦ δοῦναι καὶ τὴν ψυχὴν
αὐτοῦ, πρὸς τῶν κυριοκτόνων Ἰουδαίων λίθοις βληθείς· ἀλλ'
ὅμως ὁ τοιοῦτος καὶ τηλικούτος ἀνὴρ, „ὁ τῷ πνεύματι ζέων, ὁ
τὸν Χριστὸν ὁρῶν ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ καὶ τὰς οὐρανίους πύλας 25
ἀνεωγμένας“, οὐδαμοῦ φαίνεται τοῖς μὴ ἀνήκουσι τῇ διακονίᾳ
χρησάμενος, ἢ θυσίαν ἀνενεγκὼν ἢ χεῖρας ἐπιθείς τινι, ἀλλὰ τὸ

4 Exod. 28, 29. — 10 Hebr. 5, 4. — 12 Luc. 22, 19. — 19 Act. 6, 7. —
24 Act. 18, 25; 7, 55. 56.

2 πάντων b | 3 Ἰησοῦν Χρ. m | ἡμῶν > a v | ἀπὸ b | 4 Μωϋσέως a
b f n | μὲν > a | ἀρχ. κατεστάθησαν b | 4/5 καὶ ἱερεῖς > v | 5 δεκατρεῖς
> a | 6 Ἰάκωβος . . Κλήμης b | 7 πάλιν v C (C post πάντας) : > rel
πάντα v | 9 ἀναγνώσται : hic desinit a | τῇ > f n | τῇ φύσει > b m
12 τῷ θ. ἑαυτοῦ (αὐτοῦ C) v C : αὐτῷ τῷ θ. b f m n | πατρὶ + καὶ f |
13/14 ὄντων . . . τῶν v C : τοιούτων . . . ὄντων rel | 14 καὶ > v | 19 ὧν :
ὃς ἐστὶν n | ἦν > n | μακάριος + ὁ v | 20 πρὸς : εἰς m | 21 ἀνεδείξατο m |
22 ἑαυτοῦ v | 23 βαλλόμενος v | 25 οὐρανίας b | 26 ἀνεωγμένας f | 26 δια-
κονία b | 27 ἀνενεγκῶν n | ἐπιθείς n

τῆς διακονίας τάγμα φυλάξας μέχρι τέλους· οὕτω γὰρ ἔπρεπε τῷ
 τοῦ Χριστοῦ μάρτυρι τὴν εὐταξίαν ἀποσώζειν. 17. εἰ δὲ Φίλιππον
 τὸν διάκονον καὶ Ἀνανίαν τὸν πιστὸν ἀδελφὸν αἰτιῶνται τινες,
 ὅτι ὁ μὲν τὸν εὐνοῦχον ἐβάπτισεν, ὁ δὲ ἐμὲ Παῦλον, ἀγροοῦσιν
 5 αὐτοί, ὃ λέγομεν ἡμεῖς. εἴπομεν γάρ, ὅτι „οὐχ ἑαυτῷ τις ἀρπάζει“
 τὸ ἱερατικὸν ἀξίωμα, „ἀλλ’ ἢ παρὰ τοῦ θεοῦ“ λαμβάνει, ὡς Μελχι-
 σεδὲκ καὶ Ἰακώβ, ἢ παρὰ τοῦ ἀρχιερέως, ὡς Ἀαρὼν παρὰ Μωσέως.
 οὐκοῦν καὶ Φίλιππος καὶ Ἀνανίας οὐχ ἑαυτοὺς προείλοντο, ἀλλ’ ἐπὶ
 τοῦ Χριστοῦ προεχειρίσθησαν τοῦ ἀρχιερέως τοῦ ἀσυγκρίτου.

2 Act. 8. 9. — 5 Hebr. 5, 4. — 6 Gen. 14, 18. — 7 Num. 17.

3 διάκονον + ἡμῶν b C | 6 τοῦ > v | 7 τοῦ > b C | Μωϋ-
 σείως b f v | 8 προείλαντο m n | ἀλλὰ m | 9 τοῦ > v | τοῦ ἀρχ. > f |
 ἀσυγκρίτου : μέγαλον θεοῦ v, + διά τοι τοῦτο διδάσκωμεν καὶ παρεγγυ-
 ώμεθα πᾶσι τοῖς ἐπισκόποις καὶ διδασκάλους ἡμῶν, πείθεσθαι αὐτοὺς
 καὶ ὑποκύπτειν τοῖς λόγοις αὐτῶν· αὐτοὶ γὰρ ἀγροπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν
 ἡμῶν ὡς λόγον ἀποδόσοντες (Hebr. 13, 17), ἢ γὰρ τιμὴ ἢ πρὸς αὐτοὺς
 γινομένη πρὸς αὐτὸν τὸν Χριστὸν καὶ θεὸν ἡμῶν ἀναβαίνει· ἐκείνου γὰρ
 εἰσιν οἱ λόγοι· ὁ ἀκούων ὑμῶν ἐμοῦ ἀκούει καὶ ὁ δεχόμενος ὑμᾶς ἐμὲ
 δέχεται (Luc. 10, 16). ὁ δὲ ἀντιπίπτων ταῖς ὑμετέραις διδασκαλίαις, μᾶλλον
 δὲ τοῦ Χριστοῦ αὐτὸν τὸν Ἰούδαν μιμῆται καὶ σὺν αὐτῷ τῷ πυρὶ τῷ αἰωνίῳ
 καταδικασθήσεται m² Lagarde.



CONSTITUTIONES ECCLESIAE AEGYPTIACAE.

[Prologus.]

1. Ea quidem quae verba fuerunt digne posuimus de donationibus, quanta quidem Deus a principio secundum propriam voluntatem praestitit hominibus, auferens eis eam imaginem, quae aberraverat. 2. Nunc autem ex caritate, quam in omnes sanctos habuit, producti ad verticem traditionis, quae catechizat, ad ecclesias 5 perreximus, ut ii, qui bene docti sunt, eam quae permansit usque nunc traditionem exponentibus nobis custodiant et agnoscentes firmiores maneant, propter eum, qui nuper inventus est per ignorantiam lapsus vel error, et hos, qui ignorant, praestante sancto spiritu perfectam gratiam eis, qui recte credunt, ut cognoscant, 10 quomodo oportet tradere et custodire omnia eos, qui ecclesiae praesunt.

3 auferens eis : offerens sibi L vel codex | 6 docti : ducti L | 11 tradi et custodiri L

Prologus. Haec particula respondet Constitutionibus apostolorum VIII, 3. Deest quidem in versione coptica; traditur autem non solum per Latinum, cuius textum hic exhibemus, sed etiam arabice in libro III Octateuchi aegyptiaci inserti in Nomocanone Macarii (saec. XIV). Cf. Riedel, *Die Kirchenrechtsquellen des Patriarchats Alexandrien* 1900 p. 126. Non est dubium, eam partem vel prooemium scripturae nostrae esse et auctorem textus coptici similiter atque auctorem Epitomes eam

FUNK, DIDASC. ET CONSTIT. AP. II.

tanquam pro proposito suo superfluum praeterivisse.

1. *ea — hominibus*] Haec verbotenus fere in Constitutionibus apost. leguntur. — *de donationibus*] Praecedebat igitur olim tractatus de charismatibus = C. A. VIII, 1—2, qui autem in codice latino deest ac certe, si forte deperditus est, in libro non illum locum obtinebat neque in libris orientalibus nobis traditis eum obtinere videtur.

2. *ad ecclesias perreximus etc.*] Similiter Didascalia apost. VI, 13, 1—2.

I (XXXI). De episcopis.

1. Episcopus, sicut in superioribus constituimus, ordinetur, qui a cuncto populo electus et inculpatus est. 2. Qui cum nominatus fuerit ac placuerit, cunctus populus congregatur una cum
 5 presbyteris et diaconis in die dominica; omnes episcopi consentiunt manus ei imponentes; et presbyteri adstant quiescentes; et omnes simul sileant atque in cordibus suis precentur, ut spiritus sanctus super eum veniat. 3. Et unus ex episcopis dignus invenitur omnibus adstantibus, qui manus imponat in episcopum ordinandum et
 10 super eum oret: 4. „*Deus, pater Domini nostri Iesu Christi salvatoris nostri, pater misericordiarum et dominus omnis beneficii, qui habitat inter supremos et infimos, qui scit omnia, antequam fiant.* 5. Tu dedisti ordinationem ecclesiae per vocem gratiae tuae, quam prius ordinavisti ante generationes iustorum, sc. a (tempore) Abrahami
 15 iudices et sacerdotes constituisti illi, et sanctuarium tuum nunquam reliquisti sine ministris. Ante creationem mundi (prout) voluisti (in loco) quem elegeras, celebratus fuisti. 6. Nunc autem effunde desuper virtutem *spiritus principalis*, quem dedisti dilecto filio tuo Iesu Christo, quem largitus es sanctis apostolis tuis, ut ecclesiam
 20 (fundarent) aratro crucis tuae in omnibus locis, sanctitatis tuae praedicatione non cessante in nomine tuo. 7. Da, o gnare cordium, pater, ut servus tuus, quem elegisti ad episcopatum, pascat gregem tuum et sacerdotio tibi fungatur absque reprehensione, ut ministrans noctu diuque suppliciter oret videatque faciem tuam, ut digne

10 II Cor. I, 3. — 11 Ps. 112, 5. 6. — 12 Dan. I, 42. — 14 Eph. I, 4. — 18 Ps. 50, 4. — 22 Act. I, 24.

2 sicut in s. constituimus C A E : > L | 3 a T A E : e S | electus et inculpatus T cf. E : et inculpato (> L) electus S | 4 plac. cunctus : pl. cunctis L | 5 diaconis : his qui praesentes fuerint episcopi L A E | episcopi > L | 10 salvatoris n. > L E | 12 infimos : humilia respicis L E | 13/14 quam . . ord. ante gen. : praedestinans . . genus L E | 19/20 ut eccl. fundarent ar. crucis : qui constituerunt eccl. L E

I—IX. Huic sectioni respondent Constitutiones apostolorum VIII, 4—26; Epitome libri VIII capita 3—17; Canones Hippolyti c. 2—8; Testamentum Domini nostri I, 20—47.

I, 4—7. Oratio deest in versione coptica; desumpta est e versione aethiopica. Cf. Epitome c. 4.

offerat oblationem tuam sanctae ecclesiae tuae, et in spiritu sacerdotii sancto, habens facultatem *remittendi peccata* secundum mandatum tuum, et dandi ordines (secundum) institutionem tuam, atque *solvendi omne vinculum iniquitatis* secundum potestatem, quam dedisti apostolis tuis, ut acceptus tibi sit in sinceritate et 5 puro corde, offerens tibi *odorem suavem, per filium tuum Iesum Christum*, in quo tibi (sit) laus et potentia et gloria, patri et filio et spiritui sancto, in sancta ecclesia nunc et semper et in saecula saeculorum, amen“. 8. Postquam episcopus factus est, omnes ei ore suo pacem dent, eum osculantes. 9. Diaconi autem 10 ei oblationem adferant. 10. Cumque manum suam super oblatione posuerit et presbyteri, dicat gratias agens: 11. „Dominus cum omnibus vobis“, et universus populus dicat: „Cum spiritu tuo“; et dicat: „Sursum corda vestra“, et populus dicat: „Habemus ad Dominum“; et rursus dicat: „Gratias agamus Domino“, et uni- 15 versus populus dicat: „Dignum et iustum (est)“. 12. Et iterum hoc modo oret et sequentia secundum institutionem sanctae oblationis dicat.

13. Deinde dicunt orationem eucharisticam episcopum prae-euntem sequentes: 14. „Gratias agimus tibi, Domine, per dilectum 20 filium tuum Iesum Christum, quem in ultimis diebus misisti nobis salvatorem et redemptorem, nuntium consilii tui. 15. Iste (est)

2 Ioann. 20, 23. — 4 Ies. 58, 6. — 4 Matth. 18, 18. — 6 Eph. 5, 2. — 6 Act. 4, 30.

4 iniquitatis > L E | 7 in quo : per quem L E | 10 osculantes : salutantes quia dignus effectus est L | 16/20 iterum — sequentes : sic iam prosequatur L

8—33. De liturgia Constitutionum eccles. aeg. disputavi in *Theologische Quartalschrift* 1898 p. 513—47.

9. In Constitutionibus apost. VIII, 5, 11—12, 2 osculum episcopi sequuntur lectio S. Scripturae, homilia episcopi, preces super catechumenos, energumenos, competentes, paenitentes eorumque dimissio, preces super fideles, osculum populi et nonnulla alia, quae omnia hic desunt.

12. iterum h. m. oret] sc. repetat:

dignum et iustum est. — *sequentia*] sc. ea quae C. A. VIII, 12, 6—29 leguntur. 13—34. Ex versione aethiopica.

14—21. Haec oratio in Liturgia aethiopica, quam Hammond in *Liturgies Eastern and Western* 1878 p. 238—64 publicavit, fere verbotenus, modo aliis sententiis intersertis, legitur. Cf. synopsis textuum, quam institui in *Theolog. Quartalschrift* 1898 p. 535. Oratio Constitutionum apost. VIII, 12, 30—39 haud mediocriter divergit.

verbum, quod ex te est, per quod omnia fecisti voluntate tua.
 16. Et misisti eum de caelo in uterum virginis. *Caro factus est*
 et gestatus fuit in ventre eius. 17. Et filius tuus manifestatus fuit
 a spiritu sancto, ut impleret voluntatem tuam et populum tibi
 5 efficeret expandendo manus suas. 18. Passus est, ut patientes
 liberaret, qui in te credunt. Qui traditus est voluntate sua ad
 passionem, ut mortem dissolveret et vincula satanae rumperet et
 conculcaret infernum et sanctos educeret et statuta conderet et
 resurrectionem patefaceret. 19. *Accipiens ergo panem gratias egit*
 10 *et dixit: Accipite, comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis*
frangitur. Et similiter calicem quoque (et) dixit: Hic est sanguis
meus, qui pro vobis effunditur; cum facitis hoc, in commemorationem
mei id facietis. 20. Recordantes igitur mortis eius et resurrecti-
 onis eius offerimus tibi hunc panem et calicem, gratias agentes
 15 tibi, quod nos reddidisti dignos, ut stemus coram te et sacerdotio
 tibi fungamur. 21. Suppliciter oramus te, ut mittas spiritum tuum
 sanctum super oblationes huius ecclesiae, pariterque largiaris om-
 nibus, qui sumunt de eis, (ut prosit eis ad) sanctitatem, ut reple-
 antur spiritu sancto, et ad confirmationem fidei in veritate, ut
 20 te celebrent et laudent in filio tuo Iesu Christo, in quo tibi (sit)
 laus et potentia in sancta ecclesia et nunc et semper et in saecula
 saeculorum, amen.“

De oblatione olei.


22. Qui oleum offert tempore eucharistiae, similiter (faciat
 25 atque) in pane et vino, eodem modo gratias agens. Quamvis
 autem eisdem verbis non fuerit usus, pro facultate sua propria

1 Ioann. 1, 1—3. — 2 Ioann. 1, 14. — 3 Ioann. 4, 4; 6, 38. — 4 Tit.
 2, 14. — 7 II Tim. 1, 10. — 9 Matth. 26, 26—28; Luc. 22, 19—20; I Cor.
 11, 23—25.

1 quod ex te est : inseparabile L | tua : + et bene placitum tibi fuit L |
 4 sancto : + et virgine natus L | 17 pariterque : in unum congregans L |
 18 de eis — sanctitatem : sanctis L | 20 in : per L | 21 potentia : + patri
 et filio cum spiritu sancto L | 24 tempore euch. > L

21. Epiclesis. Cf. C. A. VIII, 12, 39.
 22—24. Constitutiones apostolorum
 VII, 42 de oleo benedicendo loquuntur
 et VIII, 29 orationem ad benedicendum

aquam et oleum exhibent, liturgiam
 autem exponentes de oleo silent. Ne-
 que Liturgia aethiopica, quam Ham-
 mond publicavit, hanc sectionem habet.



etiam aliis verbis gratias agat, dicens: 23. „Sanctificans oleum hoc tribue (sanitatem) illis, qui ununtur et accipiunt; sicut unxisti sacerdotes et prophetas, similiter corrobora et illos et unumquemque, qui gustat, et sanctifica illos, qui accipiunt illud“. 24. Populus dicit: „Sicut erat, est et erit in generationes generationum et in 5 saecula saeculorum, amen“.

25. Episcopus (ait): „Iterum supplicamus Deo omnipotenti, patri Domini et salvatoris nostri Iesu Christi, ut concedat nobis in benedictione accipere hoc sanctum sacramentum, ut neminem ex nobis reum faciat, ut omnes dignos reddat, qui sumunt et 10 accipiunt sanctum sacramentum corporis et sanguinis Christi, omnipotentis Domini Dei nostri“. 26. Diaconus dicit: „Orate; Deus omnipotens; dum accipimus hoc sanctum sacramentum, robur nobis tribue neque quemquam ex nobis reum age, sed omnibus benedic in Christo, in quo tibi cum illo et cum spiritu sancto 15 (sit) laus et potentia (nunc) et semper et in saecula saeculorum, amen“. 27. Diaconus dicit: „Vos, qui statis, demittite capita vestra. *Domine aeternae, gnarus occultorum,* declinaverunt tibi capita sua populus tuus et tibi subiecerunt duritiem cordis et carnis. Respice de parata habitatione tua et benedic illos et illas. Inclina illis 20 aurem tuam et exaudi preces eorum. Corrobora (eos) virtute dexterarum tuarum et protege a passione mala. Custos eorum esto tam corporis quam animae. Auge et illis et nobis fidem et timorem per unicum filium tuum, in quo tibi cum illo et cum spiritu sancto (sit) laus et potentia in perpetuum et in saecula saeculorum, amen“. 25 28. Diaconus ait: „Respiciamus“ etc. Et episcopus: „Sancta sanctis“.

18 Dan. 1, 42.

2 sanitatem L | unxisti : + reges L | 4 illud : + Similiter, si quis caseum et olivas offert, ita dicat: „Sanctifica lac hoc, quod coagulatum est, et nos coagulans tuae caritati. Fac a tua dulcedine non recedere fructum etiam hunc olivae, qui est exemplum tuae pinguedinis, quam de ligno fluisti in vitam eis, qui sperant in te.“ In omni vero benedictione dicatur: „Tibi gloria, patri et filio cum sancto spiritu, in sancta ecclesia et nunc et semper et in omnia saecula saeculorum, amen“ L | populus etc. usque ad finem capituli > L 26 sancta : sanctuarium Ludolf

25—29. Haec sectio Constitutionibus apost. VIII, 13 respondet, pauca vero verba cum his communia habet.

27. *vos qui — capita vestra*] Simi-

liter Liturgia aethiopica, Hammond p. 259.

28. Cf. C. A. VIII, 13, 12—13. — *unus pater*] Similiter Liturgia aethiopica

Populus respondet: „Unus pater sanctus, unus filius sanctus, unus est spiritus sanctus“. Episcopus dicit: „Dominus cum omnibus vobis“. Populus respondet: „Et cum spiritu tuo“. 29. Deinde attollunt hymnum laudis, et intrat populus, remedium animae suae, 5 quo peccatum remittitur, accipiens.

Oratio postquam tradidit.

30. „Deus omnipotens, pater Domini et salvatoris nostri Iesu Christi, gratias agimus tibi, quod concessisti nobis accipere de sancto tuo mysterio: ne sit nobis in reatum neque in damnationem, 10 sed ad renovationem animae, corporis et spiritus, per unicum filium tuum, in quo tibi cum illo et cum spiritu sancto (sit) laus et potentia in perpetuum et nunc et semper et in saecula saeculorum, amen“. 31. Populus dicit: „Amen“. Presbyter dicit: „Dominus sit cum vobis omnibus“.

15 Impositio manuum postquam acceperunt.

32. „Domine aeternae, omnipotens, pater Domini et salvatoris nostri Iesu Christi, benedic servis tuis et ancillis tuis; protege, adiuva et sospita (eos) virtute angelorum tuorum; custodi ac corrobora (eos) in timore tuo per maiestatem tuam; exorna (eos), 20 ut quae tua sunt cogitent, et largire eis, ut quae tua sunt credant, et ut quae tua sunt velint; concordiam sine peccato et ira gratificare illis per unicum filium tuum, in quo tibi cum illo et cum spiritu sancto (sit) laus et nunc“ etc. 33. Populus respondet: „Amen“. Episcopus dicit: „Dominus cum vobis omnibus“. Populus: „Et cum spiritu tuo“. Diaconus dicit: „Abite in pace“. 34. Et post haec absoluta est eucharistia.

II (XXXII). De presbyteris.

1. Episcopus presbyterum ordinet; manum suam capiti eius 30 imponat, omnibus presbyteris eum tangentibus. 2. Et oret super eum secundum eum modum, quem diximus de episcopis.

(Hammond p. 261) et S. Marci: εἷς πατὴρ ἅγιος, εἷς υἱὸς ἅγιος, ἐν πνεῦμα ἅγιον εἰς ἐνότητα πνεύματος ἁγίου. Liturgiae S. Clementis vel Constitutionum apostolorum, S. Iacobi et S. Chrysostomi exhibent: εἷς ἅγιος, εἷς κύριος, Ἰησοῦς Χριστός, εἰς δόξαν θεοῦ πατρὸς, εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰ-

ῶνας. Eadem testantur Cyrillus Hierosol. Catech. mystag. V, 19 et Didymus De trinitate III, 13 (Migne, PG 39, 861). Quae formula antiquior sit patet.

28—32. Eadem fere leguntur in Liturgia aethiopica. Cf. Hammond l. c. p. 261—63; *Theolog. Quartalschrift* 1898 p. 541—43.

3. Et oret super eum, quemadmodum dicemus. Oret autem dicens: 4. „Deus mi, pater Domini nostri et salvatoris nostri Iesu Christi, respice hunc servum tuum et largire illi spiritum gratiae et consilium sanctitatis, ut possit regere populum tuum in integritate cordis, sicut respexisti populum electum et mandasti Moysi, 5 ut eligeret seniores, quos replevisti eodem spiritu, quo donaveras tu servum tuum et famulum tuum Moysen. 5. Nunc autem, Domine mi, da isti servo tuo gratiam, quae nunquam deficit, conservans nobis gratiam spiritus tui et competentem portionem nostram, supplens in nobis cultum tuum in corde, ut celebremus 10 te sincere, per filium tuum Iesum Christum, in quo tibi (sit) laus et potentia, patri et filio et spiritui sancto, in sancta ecclesia tua et nunc et semper et in saecula saeculorum, amen“. 6. Et respondet omnis populus: „Amen et amen“. Et decet eum etc.

III (XXXIII). De diaconis.

15

1. Episcopus diaconum constituat, postquam secundum ea, quae supra diximus, electus est; episcopus manus suas (solus) capiti eius imponat. 2. Quamobrem diximus episcopum solum manus suas diacono imponere debere? Haec est causa: ordinetur non ad sacerdotium, sed ad ministerium episcopi, ut faciat, quae 20 ei praecipuntur. 3. Porro non constituitur, ut consiliarius cleri universi sit, sed ut aegrotis provideat et episcopo de eis referat.

5 Num. 11, 16.

1 et oret — autem : orans et L | 2 et salvatoris n. > L | 4 ut : presbyteros ut adiuvet et L | 8 isti servo tuo > L | 9/10 competentem — ut : dignos effice, ut credentes L | 11 in : per L | 13/14 et respondet — etc. > L | 16 solus L Aeth. : > C

II, 3—6. Ex versione aethiopica.

III, 2—6. Similiter Canones Hippolyti c. 5 et Testamentum D. n. I, 38 probant, cur diaconus ab episcopo solo, presbyteris non simul manus impo-
nentibus vel caput tangentibus (cf. II, 1), ordinandus sit, cum Constitutiones apost. et Epitome non solum de hac re sileant, sed etiam de ordinatione diaconi idem habeant quod de ordinatione presbyteri, episcopo praecipi-

entes, ut presbyterum vel diaconum ordinans manus imponat adstante sibi presbyterio atque diaconis. Ritus Constitutionum apost. manifeste aequae antiquitatem sapit atque argumenta in scripturis ceteris ad ritum ipsarum probandum prolata aetatem seriorem indicant. In his episcopus potestatem maiorem et presbyteri ac diaconi dignitatem minorem habent quam in illis.

4. Neque constituitur, ut spiritum magnitudinis accipiat, cuius presbyteri participes sunt, sed ut dignus fiat, cui episcopus confidat in rebus, quae ei conveniunt. 5. Ideo episcopus solus diaconum ordinet. 6. In presbytero autem episcopus partem habet, 5 eique manus imponitur, quoniam idem spiritus super eum venit; nam presbyter eum modo accipit, non habet potestatem dandi clericum. Ideo non poterit constituere clericos, presbyterum modo signans, quem episcopus ordinare debeat. 7. Super diaconum autem ita dicat: 8. „Deus, qui omnia creasti, qui omnia produxisti 10 (et) exornasti, pater Domini et salvatoris nostri Iesu Christi, quem misisti, ut ministret secundum voluntatem tuam et manifestet nobis misericordiam tuam; pater, spiritus gratiae tuae et sollicitudinis tuae (veniat) super hunc servum tuum, quem diaconum elegisti, ut sit in ecclesia tua et sanctissimum tuum dispertiat, 15 quod tibi offertur a principe sacerdotum beneplacente in laudem nominis tui, ut irreprehensibilis in vita pura administret gradus ordinis, ad quem promovetur, ut tuum honorem consequatur atque te glorificet per filium tuum Iesum Dominum nostrum, in quo tibi est honor et potentia et virtus et laus cum spiritu sancto nunc 20 et semper et in saecula saeculorum, amen“.

IV (xxxiv). De confessoribus.

I. Confessori autem, si propter nomen Dei in vinculis fuit, manus non imponatur ad diaconatum vel presbyteratum; namque

1 sp. magnitudinis : communem presbyteri sp. eum L | 4/7 in presbytero — clericum : super presbyterum autem etiam presbyteri superimponant manus propter communem et similem cleri spiritum; presbyter enim huius solius habet potestatem, ut accipiat; dare autem non habet potestatem L | 7 poterit constituere : ordinat L | 7/8 presbyterum — debeat : super presbyteri vero ordinatione consignat episcopo ordinante L | 8/9 super — dicat L : oratio in ordinatione diaconorum — Synodus Aethiopum secundum codicem Tubingensem, e quo oratio sequens desumpta est; cf. Funk, *Das Testament unseres Herrn* 1901 p. 29 n. 2. | 9 prod. et exornasti : verbo perordinasti L | 10 et salvatoris > L | 12 pater, spiritus : da spiritum sanctum L | 12/13 soll. tuae : + et industriae L

6. Verba valde obscura sunt; sensum contextus prodit et Latinus distincte exhibet, locum aut fidelius tradens aut consentaneae interpretans.

7—8. De traditione huius particulae videsis notas criticas.

IV, 1—2. Similiter Canones Hippolyti c. 6 et Testamentum D. n. I, 39.

dignitatem presbyteratus confessione sua habet. 2. Sin autem episcopus constituendus est, manus ei imponatur. 3. Quodsi confessor est, quem non ad potestatem duxerunt neque vinculis punierunt neque in carcerem iccerunt neque ad multam aliquam condemnauerunt, sed occasione data modo propter nomen Domini nostri contumeliis affecerunt et poena domestica punierunt, si vero confessus est, dignus est omni clero et ordinetur. 4. Episcopus autem gratias agat secundum ea, quae supra diximus. Attamen non necesse est eadem verba eum proferre, quae supra diximus, ut diligenter meditetur in eis, gratias agens Deo; sed secundum facultatem unusquisque oret. Si quidem convenienter et oratione honorabili orare potest, bonum est; si vero aliter orat et orationem modice profert, nemo eum impediat; modo integre oret in orthodoxia.

V (xxxv). De lectore.

15

Lector constituatur episcopo librum apostoli ei dante; et oret super eum, manum autem ei non imponat.

VI (xxxvi). De subdiaconis.

Subdiacono manus non imponatur, sed nominetur, ut sequatur diaconos.

20

VII (xxxvii). De viduis.

1. Si vidua constituitur, non ordinetur, sed nominatim eligatur. 2. Quodsi maritus multo tempore ante mortuus est, constituatur. 3. Sin autem non multum tempus praeterfluxit, postquam maritus mortuus est, ne confidas ei. 4. Sed etiamsi aetate propecta est, tempore probetur; saepe enim perturbationes ipsae consenescent cum eo, qui eis in se locum dat. 5. Vidua verbo tantum constituatur

7 dignus — clero T : omnis clerus est eis dignus S

Constitutiones apostolorum autem atque Epitome dicunt, non solum ad episcopatum, sed etiam ad presbyteratum et diaconatum confessori manum imponendam esse, et condemnant confessorem eiusmodi dignitatem sine impositione manus usurpantem. Cf. quae de hoc loco disputavi in libro *Das Testament u. H.* 1901 p. 46—49; 161—63.

V. Similiter scripturae parallelae praeter Constitutiones apostolorum, quae etiam lectori manum imponendam esse dicunt. Cf. quae exposui l. c. p. 37—42; 80—82.

VI. Similiter Canones Hippolyti c. 7. Constitutiones apost. vero et Epitome manus impositionem praecipunt, etiam Testamentum D. n. I, 44.

et cum reliquis uniatur, nec vero manus ei imponatur, quia non oblationem offert neque liturgiam facit. 6. Ordinatio fit in clero propter liturgiam. Vidua autem constituitur propter orationem, quae omnibus est communis.

5

VIII (XXXVIII). De virginibus.

Virgini manus non imponatur, sed voluntas sola eam virginem facit.

IX (XXXIX). De donis sanationum.

Quodsi quis dicit: Accepi dona sanationum per revelationem, manus ei non imponatur; namque res ipsa manifestabitur, si vere loquitur.

X (XL). De novitiis ad fidem se convertentibus.

1. Qui in novam fidem introducendi sunt, ut verbum audiant, primo ad doctores adducantur, priusquam populus advenit, atque causa rei inquiratur, scilicet cur ad fidem sese converterint. 2. Et pro eis testimonium dent, qui eos adduxerunt, num capaces sint verbi audiendi. 3. Inquiratur autem, qualis vita eorum sit, num uxorem habeat an servus (domini) fidelis sit et dominus ei permittat: tunc audiat. 4. Si dominus ei testimonium non perhibet, eum bonum esse, reiciatur. 5. Si dominus gentilis est, doceas eum, ut domino placeat, ne blasphemia oriatur. 6. Si quis uxorem habet vel mulier virum, doceas eos, ut vir contentus sit cum uxore et mulier contenta sit cum viro. 7. Si quis vero nondum cum muliere coniunctus est, erudiatur, ne fornicetur, sed ut aut uxorem ducat secundum legem aut caelebs maneat secundum legem. 8. Si quis autem daemonem habet, verbum doctrinae ne audiat, donec purificatus est.

XI (XLI). De opificiis et scientiis.

1. Inquirantur opificia ac negotia eorum, qui introducendi sunt, ut constituentur, qualia sint. 2. Si quis leno est, id est

1 uniatur T : obligetur S

IX. Similiter Canones Hippolyti c. 9 et Testamentum D. n. I, 47. Constitutiones apostolorum et Epitome distincte de exorcista loquuntur.

X—XI = C. A. VIII, 32, 1—15; Epitome c. 22; Canones Hippolyti c. 10—15; Testamentum D. n. II, 1—2.

XI, 1. 5. 8. 10. 11. Hi versus sive

meretrices sustentans, aut desinat aut reiciatur. 3. Si quis sculptor vel pictor est, erudiantur, ne idola faciant; aut desinant aut reiciantur. 4. Si quis scenicus est vel spectacula in theatro facit, aut desinat aut reiciatur. 5. Si parvulos erudit, bonum quidem est eum desinere; sin artem non habet, ignoscatur ei. 6. Auriga, 5 similiter pugnans vel pugnam frequentans, aut desinat aut reiciatur. 7. Qui gladiator est vel gladiatores pugnare docet vel venator est venans vel famulus publicus in ludo gladiatorio occupatus, aut desinant aut reiciantur. 8. Qui sacerdos idolorum est aut custos idolorum, aut desinat aut reiciatur. 9. Miles, qui in potestate est, 10 ne sinas eum homines interficere; si iubetur, ne sinas eum se obtrudere neque iurare; si vero non vult, reiciatur. 10. Qui potestatem gladii habet vel rector urbis est purpura vestitus, aut desinat aut reiciatur. 11. Si catechumenus vel fidelis miles fieri vult, reiciantur; nam Deum contempserunt. 12. Meretrix vel 15 paedicator vel qui se castravit vel aliud quidquam fecit, quod dicere nefas est, reiciantur; sunt enim polluti. 13. Magi quoque ne ad examen adducantur. Incantator vel astrologus vel vates vel interpres somniorum vel qui turbas concitat vel fimbrias vestimentorum destruit, hoc est enim *ψελλιστής*, vel qui amuleta facit, 20 aut desinant aut reiciantur. 14. Concubina alicuius serva, si liberos suos nutrit atque illi soli coniuncta est, audiat; sin aliter, reiciatur. 15. Vir concubinam habens desinat ac secundum legem uxorem ducat; si vero non vult, reiciatur. 16. Si aliquid omisimus, res docebunt vos; nam omnes spiritum Dei habemus. 25

XII (XLII). De tempore verbum audientium; secundum opificia et scientias.

1. Catechumeni per tres annos verbum audiant. 2. Si quis autem studiose se gerit ac bene perseverat in re, non tempus iudicatur, sed mores eius, qui iudicandus est. 30

25 I Cor. 7, 40; cf. Ioann. 6, 45.

24,25 si — vos T : si aliquid aliud opus postposuimus, opera stulta vos purgaverunt S

integri sive summatim etiam in Canonibus Hippolyti et in Testamento D. n. leguntur, desunt autem in Constitutionibus apost. et in Epitome.

16. Similiter XXXII, 38 vel in fine scripturae. Terminatur hic pars prior.

XII—XXXII = Canones Hippolyti c. 17—37; Testamentum D. n. II, 3—25.

XIII (XLIII). **Quomodo verbum audientes orent.**

1. Cum doctor desierit docere, catechumeni soli orent, dis-
iuncti a fidelibus. 2. Et mulieres stent in loco ecclesiae omnino
solae orantes, cum mulieres fideles tum mulieres catechumenae.
5 3. Cum autem desierint orare, ne sinas eas osculum pacis dare;
nondum enim earum osculum mundum fiebat. 4. Fideles soli
se osculentur, et quidem viri viros et mulieres mulieres; virum
autem ne sinas mulierem osculari. 5. Omnes mulieres caput
suum pallio tegant, sed solum lineo panno; hoc enim velum est.

10 XIV (XLIV). **Quomodo catechumenis manus imponatur.**

1. Si doctor post orationem catechumenis manum imponit,
oret eosque dimittat; sive doctor ecclesiasticus est sive laicus, sic
faciat. 2. Si catechumenus propter nomen Dei in custodia habetur,
ne sinas eum duplicis cordis esse propter testimonium. 3. Si enim
15 fit, ut ei vis inferatur et interficiatur ad peccata sua redimenda,
iustificabitur; baptismum enim in proprio sanguine accepit.

XV (XLV). **De eis qui baptismum accepturi sunt.**

1. Si electi sunt, qui baptismum accepturi sunt, postquam
vita eorum examinata fuit, num honeste vixerint, cum catechumeni
20 fuerint, num viduas honoraverint, aegrotos visitaverint, omnia
opera bona perfecerint; et si, qui eos adduxerunt, testimonium
perhibuerunt, eos ita egisse, evangelium audiant. 2. Inde ex eo
tempore, quo separentur, cotidie manus eis imponatur, dum exor-
cizantur. 3. Cum autem dies appropinquat, quo baptizentur, epi-
25 scopus eos singulos exorcizet, ut eos mundos esse cognoscat.
4. Si quis vero non bonus vel non mundus est, semoveatur; nam
verbum non in fide audivit, quia impossibile est, alienum in aeter-
num occultum manere. 5. Baptizandi autem erudiantur, ut se

9 enim : + non S vel textus sahidicus

Haec sectio in universum trium illarum
scripturarum propria est. Constitutio-
nes apost. et Epitome aliquoties quidem
de eadem re agunt, sed satis diverso
modo. Duae particulae parvae tantum,
scilicet XII et XXVIII, 1—2 = XXXII,
1—2, verbotenus etiam in Constituti-
onibus et in Epitome leguntur, neque

vero in parte posteriore, ut in scriptura
nostra, sed parte priore vel sectioni de
proselytis probandis agenti subinde ad-
iunctae.

XIII, 5. *hoc enim v. est*] Delevi non,
quod etiam in textu boheirico deest.
Steindorff interserit non in particula
praecedente vel ante *solum*.

lavent et liberos reddant se lavantes quinto sabbato. 6. Mulier si in regula mulierum versatur, semoveatur et alio die baptismum accipiat. 7. Qui baptismum accipere volunt, ieiunent in parasceve sabbati. 8. Sabbato autem cum baptismum accepturi una congregati fuerint iuxta sententiam episcopi, omnes iubeantur orare 5 et genua flectere. 9. Et manum eis imponens omnes spiritus alienos exorcizet, ut ab eis discedant neque ex hac hora ad eos revertantur. 10. Cumque desierit exorcizare, in faciem eos insufflet, et cum frontem, aures ac nasum eorum signaverit, iubeat eos exurgere et per totam noctem vigilare, eis praelegens eosque 10 erudiens. 11. Baptizandi autem nullum aliud vas adferant praeter id, quod unusquisque propter eucharistiam adferet. Decet enim eum, qui dignus factus est, confestim oblationem offerre.

XVI (XLVI). De traditionibus baptismi sancti.

1. Ea hora, qua gallus cantabit, primo super aquam orent. 15
 2. Aqua hauriatur in piscinam vel fluat in eam. Et ita sit, si necessitas non est. Si vero continua ac festina necessitas est, utamini aqua, quam invenietis. 3. Vestes autem deponant. 4. Et primo baptizate infantes. 5. Omnes, qui pro se loqui possunt, loquantur; qui vero loqui non possunt, pro eis parentes loquantur 20 vel alius ad familiam pertinens. 6. Deinde viros adultos baptizetis, postremo mulieres, postquam omnes crimes solverunt et ornamentum aureum et argenteum, quo utuntur, deposuerunt; ne sinas quemquam rem alienam secum in aquam ferre. 7. Hora autem ad baptizandum constituta episcopus super oleum gratias agat idque 25 in vas fundat et oleum gratiarum actionis nominet. 8. Deinde aliud oleum sumat atque exorcizet et oleum exorcismi nominet. 9. Et diaconus portat oleum exorcismi et stat ad sinistram presbyteri, et alius diaconus sumit oleum gratiarum actionis et stat ad dexteram presbyteri. 10. Cumque presbyter singulos baptizandos 30 apprehendit, iubeat unumquemque his verbis renuntiare: „Renuntio tibi, satana, et omni ministerio tuo et omnibus operibus tuis“. 11. Et postquam his omnibus renuntiavit, unget eum oleo exorcismi haec dicens: „Omnis spiritus a te recedat“. 12. Et sic eum nudum episcopo tradat vel presbytero stanti ad aquam baptismi. 35

1 quinto sabbato (i. e. feria quinta hebdomadis magnae, ut ex sequentibus elucet) T : quinque sabbatis S

13. Diaconus autem cum eo in aquam intret atque iubeat eum adiuvans dicere: 14. „Credo in Deum unum verum, patrem omnipotentem, et in filium eius unigenitum Iesum Christum, Dominum et salvatorem nostrum, et in spiritum eius sanctum
 5 omnia vivificantem, trinitatem consubstantialē, deitatem unam, potestatem unam, regnum unum, fidem unam, baptismum unum, in sancta ecclesia catholica apostolica, in vitam aeternam, amen“. Qui (baptismum) accipit, secundum haec omnia dicat: „Ita credo“. 15. Et (baptismum) perficiens manum suam in capite accipientis
 10 ponat eumque ter immergat, haec semper confitens. 16. Tumque pergat dicens: „Credisne in Dominum nostrum Iesum Christum, filium unicum Dei patris, quod mirabiliter propter nos homo factus est in unitate incomprehensibili per spiritum suum sanctum ex Maria sancta virgine sine semine virili, quodque crucifixus est
 15 pro nobis sub Pontio Pilato, mortuus est secundum suam voluntatem pro nostra salute simul, resurrexit tertia die, liberavit vinctos, ascendit in caelos, sedet ad dexteram patris sui boni in excelsis, et iterum venit iudicare vivos et mortuos secundum revelationem suam et regnum suum? Et credis in spiritum sanctum bonum
 20 ac vivificantem, qui omnia purificat, in sancta ecclesia“? Iterum dicat: „Credo“. 17. Deinde ex aqua exeant, et presbyter eum ungat oleo gratiarum actionis dicens: „Ungo te oleo sancto in nomine Iesu Christi“. Eodem modo reliquos singulos ungit ac vestit, et in ecclesiam intrent. 18. Episcopus manum super eos

9/21 manum — credo : L hanc sectionem fragmento II incipiente sic exhibet: . . . manum habens in caput eius impositam baptizet semel. Et postea dicat: „Credis in Christum Iesum filium Dei, qui natus est de spiritu sancto ex Maria virgine et crucifixus sub Pontio Pilato et mortuus est et sepultus et resurrexit die tertia vivus a mortuis et ascendit in caelos et sedit ad dexteram patris venturus iudicare vivos et mortuos“? Et cum ille dixerit „Credo“, iterum baptizetur. Et iterum dicat: „Credis in spiritum sanctum et sanctam ecclesiam et carnis resurrectionem“? Dicat ergo, qui baptizatur: „Credo“. Et sic tertia vice baptizetur. | 22 oleo gr. actionis : oleo quod sanctificatum est L | 23/24 eodem — vestit : et ita singuli detergentes se iam induantur L

XVI, 14–16. E textu coptico iam satis elucet, hanc particulam non fideliter traditam esse. Textus integriorem haud dubie Latinus exhibet. Disputavi

de symbolis Constitutionum ecclesiae aegyptiacae et Canonum Hippolyti in *Theologische Quartalschrift* 1899 p. 161–87.

ponat cum desiderio, sic dicens: „O Domine ac Deus, sicut hos dignatus es remissionem peccatorum in saecula futura accipere, ita eos fac dignos, qui repleantur spiritu tuo sancto, et mitte desuper super eos gratiam tuam, ut tibi secundum voluntatem tuam serviant; tibi est enim honor, o pater et fili et spiritus 5 sancte, in sancta ecclesia, nunc et semper et in omnia saecula“. 19. Et fundit oleum gratiarum actionis in manum suam, et ponit manum in capite eius, sic dicens: „Ungo te oleo sancto per Deum patrem omnipotentem et Iesum Christum et spiritum sanctum“. 20. Et signet super frontem eius, in os eum osculans, et dicat: 10 „Dominus tecum“. Et qui signatur, respondeat: „Et cum spiritu tuo“. Sic facit unusquisque cum reliquis. 21. Et cunctus populus simul oret, et omnes baptismum accipientes orent; pacem dicant ore suo.

22. Diaconi oblationem episcopo adportent, et gratias agit 15 super panem, quia figura carnis Christi est, et super calicem sanguinis, quia sanguis Christi est, qui effundetur pro omnibus in eum credentibus, et super lac et mel, quae mixta sunt in impletionem promissionum patrum, quia dixit: *Dabo vobis terram lacte et melle fluentem*; haec est caro Christi, quam nobis dedit, ut ea 20 nutriamur sicut parvuli, scilicet qui in eum credunt; amaritudines cordis dissolvit dulcedine verbi. 23. Haec igitur omnia episcopus explicat baptismum accipienti. 24. Quodsi episcopus nunc panem fregit, unicuique eorum fragmentum det dicens: „Hic est panis caeli, corpus Iesu Christi“. Accipiens respondeat: „Amen“. 25. Si 25

19 Lev. 20, 24.

2/3 in saecula — sancto : per lavacrum regenerationis spiritus sancti L : 5 6 o p. — sancte : patri et filio cum spiritu sancto L | 7 gr. actionis : sanctificatum L | 8 per Deum etc. : in Domino etc. L | 12 sic — reliquis : ita singulis faciat L | 12/13 et cunctus — orent : et postea iam simul cum omni populo orent, non prius orantes cum fidelibus, nisi omnia haec fuerint consecuti; et cum oraverint L | 16/17 panem — qui : panem quidem in exemplum, quod dicit Graecus antitypum, corporis Christi; calicem vino mixtum propter antitypum, quod dicit Graecus similitudinem, sanguinis, qui L | 21/22 amaritudines — verbi : in suavitate verbi amara cordis dulcia efficiens; aquam (sc. gratias agat super, cf. initium versus) vero in oblationem in indicium lavacri, ut et interior homo, quod est animale, similia consequatur sicut et corpus L : 24/25 hic — Christi : panis caelestis in Christo Iesu L

non plures presbyteri adsunt, diaconi calicem sumant, adstent bono ordine eisque sanguinem Iesu Christi Domini nostri porrigant atque lac et mel. 26. Dicat, qui calicem dat: „Hic est sanguis Iesu Christi Domini nostri“; et accipiens rursus respondeat: „Amen“.

5 27. Postquam haec facta sunt, unusquisque studeat omne bonum facere et Deo placere et recte vivere, ecclesiam frequentans, faciens id, quod didicit, progrediens in ministerio Dei. 28. Haec breviter vobis tradidimus de baptismo sancto et de oblatione sancta, postquam iam perfecte eruditi estis de resurrectione carnis et de reliquis

10 omnibus secundum ea, quae scripta sunt. 29. Sin autem aliud quidquam dicere decet, episcopus baptismum accepturis diligenter dicat. 30. Ne sinas vero infideles scire, nisi prius baptismum acceperint. 31. Hic est calculus albus, de quo Ioannes sic dixit: *Nomen novum in eo scriptum est, quod nemo scit, nisi qui calculum*

15 *accipiet.*

XVII (XLVII). De ieiunio.

1. Viduae et virgines saepe ieiunent et in ecclesia orent.

2. Presbyteri similiter et laici

20 ieiunent, quando volunt. 3. Episcopo autem impossibile est ieiunare nisi eo die, quo cunctus populus ieiunabit. 4. Fiet enim, ut quispiam aliquid in ecclesia

25 sumere velit, eique impossibile est recusare. Quodsi panem frangit, panem omnino gustabit. 5. Cum

autem eum edit et alii fideles cum ipso, e manu episcopi particulam panis accipiant, priusquam unusquisque panem suum frangit. Namque

30 haec benedictio est, neque vero eucharistia, sicut corpus Domini.

14 Apoc. 2, 17.

1/4 adstent — Amen : cum honestate adstent et cum moderatione: primus, qui tenet aquam, secundus, qui lac, tertius, qui vinum. Et gustent, qui percipient, de singulis ter dicente eo, qui dat: „In Deo patre omnipotenti“; dicat autem, qui accipit: „Amen“; „et Domino Iesu Christo et spiritu sancto et sancta ecclesia“; et dicat: „Amen“. Ita singulis fiat L | 17 *χῆραι κτλ.* : hanc particulam graecam inveni in codice Vindobonensi hist. gr. 7 fol. 12; cf. *Theolog. Quartalschrift* 1893 p. 664--66.

1. *Χῆραι καὶ παρθένοι πολλάκις νηστεύεωσαν καὶ εὐχέσθωσαν ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας.* 2. *πρεσβύτεροι, ἐπὶ βούλονται, καὶ λαϊκοὶ ὁμοίως νηστεύεωσαν.* 3. *ἐπίσκοπος οὐ δύναται νηστεύειν, ἐὰν μὴ ὅτε καὶ πᾶς ὁ λαός.* 4. *ἔσθ' ὅτε γὰρ θέλει τις προσενεγκεῖν, καὶ ἀρνήσασθαι οὐ δύναται· κλάσας δὲ πάντως γέυεται.*

XVIII (XLVIII). De hora edendi.

1. Omnes, priusquam bibunt, calicem sumant et gratias super eum agant, et edant ac bibant, hoc modo purificati. 2. Catechumenis detur panis exorcismi et calix.

XIX (XLIX). Quod dedecet catechumenos cum fidelibus edere. 5

1. Catechumenos in cena Domini ne sinas cum fidelibus sedere. 2. Qui edit, eius memor sit, qui eum invitavit, quoties edit. Ideo enim eos oravit, ut sub tectum suum intrent.

XX (L). Quod decet prudenter ac modice edere.

1. Edatis ac bibatis cum modestia; ne bibatis, ut ebriemini, 10 ne quis vos derideat et is, qui vos invitavit, tristetur de vestra intemperantia, sed ut oret, ut sancti ad eum intrent; namque dixit: *Vos estis sal terrae*. 2. Si omnes vestrae portiones simul vobis dantur, tuam tantum portionem sumes. 3. Sin ad edendum invitamini, modo edatis, usque dum satiamini, ut is, qui vos invitavit, 15 ea, quae reliquistis, eis mittat, quibus vult, quoniam reliquiae sanctorum sunt, atque gaudeat vos ad ipsum venisse. 4. Cum edunt invitati, edant in tranquillitate, neque in lite. 5. Quodsi episcopus aliquem iubet verbum quaerere, respondeat ei; et episcopo loquente omnes sileant in modestia, donec rursus interrogat. 6. Si episcopus 20 non adest, sed fideles tantum in cena sunt, a presbytero benedictionem accipiant, si adest; si non adest, a diacono eam accipiant. 7. Similiter catechumenus panem exorcismi accipiat. 8. Si laici simul sunt sine clericis, prudenter edant; benedicere autem laicus non potest. 25

13 Matth. 5, 13.

3 et edant — purificati : . . . qui praesentes estis, et ita epulamini L fragmento III incipiente | 4 calix : calicem singuli offerant L | 7 qui edit : per omnem vero oblationem L | 12 oret : + ut dignus efficiatur L | 13/15 si — satiamini : si communiter vero omnibus oblatum fuerit, quod dicitur graece apophoretum, accipite ab eo; si autem, ut omnes gustent, sufficienter gustate L

XX, 1. Similiter Constitutiones apost. VIII, 44, 1 de epulis mortuorum agentes.

XXI (LI). Quod decet cum gratiarum actione edere.

Unusquisque cum gratiarum actione in nomine Dei edat; hoc enim decet servitium Dei, ut omnes vigilemus et gentiles nobis invideant.

5 **XXII (LII). De cena viduarum.**

1. Si quis quando viduas invitare vult, omnes aetate propectas nutriat atque dimittat, priusquam vesperascit. 2. Si propter clerum, quem sortitae sunt, impossibile est, det eis vinum et aliquid ad edendum, et domi edant, sicut volunt.

10 **XXIII (LIII). De fructibus episcopo offerendis.**

1. Omnes studeant episcopo omni tempore offerre primitias fructuum, primas creaturas. 2. Episcopus eas cum gratiarum actione accipiat easque benedicat, nomen offerentis nominans ac dicens: 3. „Gratias tibi agimus, o Domine et Deus, et offerimus tibi primitias fructuum, quos nobis dedisti, ut sumamus ex eis, postquam
15 eos verbo tuo perfecisti atque terram iussisti omnes fructus procreare ad utilitatem et gaudium ac nutrimentum generis humani et omnium creaturarum. Glorificamus te, o Deus, propter haec et propter omnia alia, quibus nobis benefecisti, totam creaturam
20 ornans fructibus variis, per sanctum filium tuum Iesum Christum, per quem tibi gloria et ei et spiritui sancto in omnia saecula, amen“.

XXIV (LIV). Benedictio fructuum.

1. Hi sunt fructus benedicendi: uva, ficus, malum, oliva, pirum, malum granatum, malum persicum, cerasum, amygdalum. 2. Ne
25 benedicantur lotus (?) neque cepa neque allium neque pepon neque melopepon neque cucumis melo neque aliud quid olerum. 3. Si flores offeruntur, accipiatur rosa et lilium; reliquos autem ne sinas accipere. 4. Pro omnibus autem, quae eduntur, gratias Deo agant eaque gustent Deum glorificantes.

2 cum gr. actione > L | 3 decet s. Dei : Deo placet L | servitium S : servos T | 8 s. sunt : sortitus est L | 14 o Domine et > L | 17 utilitatem et > L | 18 om. creaturarum : omnibus animalibus L | 20 sanctum > L | Christum : + Dominum nostrum L | 21 et ei et spiritui s. > L | 24 malum persicum : sycaminum, persicum L | amygdalum : + damascena L | 25 lotus > L

XXIII, 1. Cf. C. A. VIII, 30.

3. Cum hac oratione oratio super primitias C. A. VIII, 40 aliquot sententias ac verba communia habet.

XXV (LV). Quod non decet quempiam aliquid vesci in die paschae ante horam, qua edere licet.

1. Ne ieiunium reputetur ei, qui avidus est ante horam, quae finis ieiunii est. 2. Si quis autem aegrotus est neque vires habet, ut duobus diebus ieiunet, die sabbati ieiunet propter necessitatem, 5 sed contentus sit pane, sale et aqua. 3. Si quis in navigatione est vel diem paschae nesciebat, hac cognita ieiunium suum post pentecosten peragat. Non enim pascha id est, quod servamus; typus enim transiit. 4. Ideo non diximus: mense secundo, sed: cum veritatem cognoverit, ad ieiunium se convertat. 10

XXVI (LVI). Quod diaconis convenit episcopo ministrare.

Unusquisque diaconorum et subdiaconorum episcopo ministret eumque certiozem faciat, quis aegrotet, ut episcopus, si ei libet, eos visitet; nam aegroti solatio afficiuntur, videntes principem sacerdotum se visitare suique mentionem fieri. 15

XXVII (LVII). De hora orandi.

1. Omnes fideles hora, qua expurgantur, priusquam aliquid opus faciunt, ad Dominum orent et sic operibus sese convertant. 2. Sin autem sermo catecheseos fit, eum anteponant euntes et audientes verbum Dei ad confirmandam animam suam. 3. Studeant 20 ecclesiam frequentare, locum, quo spiritus viget.

XXVIII (LVIII). Quod decet primum de eucharistia sumere, quovis tempore offertur, priusquam quis aliud gustaverit.

1. Omnis fidelis studeat de eucharistia sumere, priusquam aliud quidpiam gustavit. 2. Si enim fideles sunt accipientes eam, 25 etiamsi venenum mortiferum ei datur, non potestatem super eum habebit.

26 Marc. 16, 18.

3 ne — est : nemo in pascha, antequam oblatio fiat, percipiat; nam qui ita agit, non illi imputatur ieiunium L | 4 autem : + in utero habet et L | 6 sale > L | 7 est vel : vel in aliqua necessitate constitutus L | 8 non — servamus > L | 9 non diximus : cessavit L | sed : et L | 25 fideles — eam : ex fide percipit L

XXVII, 1—2. Haec particula re- etiam in C. A. VIII, 32, 18, in fine petitur infra XXXII, 1—2. Legitur capitis de proselytis probandis.

XXIX (LIX). Quod decet diligenter eucharistiam custodire.

Omnes diligenter caveant, ne infidelis de eucharistia edat vel mus vel alia creatura vel omnino aliquid aliud incidat in eam et (aliquid) pereat. Corpus Christi est, quo omnes fideles vescuntur, et non debet contemni.

XXX (LX). Quod non convenit aliquid e calice effundere.

1. Cum enim calicem in nomine Dei benedixeris, accipis eum tanquam sanguinem Christi. 2. Cave igitur ac noli aliquid ex eo effundere, ne spiritus alienus lingat, ne Deus tibi irascatur tanquam
10 contemptori et reus sanguinis Christi sis, cum pretium contempnas, pro quo redemptus es. 3. Diaconi et presbyteri cotidie in loco congregentur, quem episcopus eis constituet; et diaconi ne neglegant omni hora congregari, nisi morbus eos impedit. 4. Cum autem omnes congregati fuerint, erudiant eos, qui in ecclesia sunt,
15 cumque oraverint, unusquisque ad opera sibi statuta sese convertat.

XXXI (LXI). De coemeteriis.

1. Ne graventur homines, homines in coemeteriis sepelire; opus enim pauperum omnium est; modo merces operario detur fodienti et donum custodibus. 2. Eos, qui ibi sunt et opus navant,
20 episcopus sustentet, ne cui ad illos locos venienti sint oneri.

XXXII (LXII). De hora orandi.

1. Omnes fideles, viri et mulieres, cum mane ex somno surrexerint, priusquam aliquod opus tangunt, manus lavent et ad Deum orent, tumque ad opera sua progrediantur. 2. Sin autem

8 sanguinem : antitypum sanguinis L | 9/10 lingat — contemptori : velute contemnente illud delingat L | 20 sint T : sit S

XXIX. Constitutiones apost. VIII, 12, 3, in descriptione liturgiae, diaconos observare iubent, ne quid in calices incidat.

XXXII, 1—2. Cf. XXVII, 1—2.

1—28. De horis orationis etiam Constitutiones apost. VIII, 34, 1—7 breviter agunt, singulas horas autem aliter explicant ac scriptura nostra, cum qua in universum consentiunt Canones

Hippolyti c. 25 et Testamentum D. n. II, 24. Ps.-Athanasius De virginitate c. 16 prope ad Canones Hippolyti accedit, cum quibus etiam aliquot alios locos communes habet, ut Riedel in *Theologische Studien und Kritiken* 1903 p. 338—42 exposuit. Cf. quae disputavi in libro: *Das Testament u. H.* 1901 p. 55—56; 171—73.

catechesis verbi Dei fit, unusquisque ad illum locum ire anteponat, hoc in corde suo reputans, se audire Deum per doctorem loquentem. 3. In ecclesia enim orans super malitiam diei supergredietur. 4. Reputet timidus (Dei), magnum damnum esse, si non ad locum it, ubi catechizatur, praesertim qui legere scit. 5. Aut doctore 5
veniente nemo vestrum tardet ire ad ecclesiam, locum, ubi catechizatur; tum loquens enuntiet, quae omnibus prosunt, et tu audies ea, quorum non es memor, et utilitatem capies ex eis, quae spiritus sanctus tibi dabit per catechizantem; sic fides tua confirmabitur eis, quae audivisti. 6. Porro loco illo tibi ea di- 10
centur, quae domi facere debes. 7. Ideo unusquisque studeat in ecclesiam ire, locum, quo spiritus sanctus viget. 8. Si quo die catechesis non fit, unusquisque domi librum sacrum sumens sufficienter ea legat, quae ipsi utilia videntur.

9. Si quidem domi es, ores tertia hora benedicens Deum. 15
Sin autem alibi es hora illa veniente, in corde tuo ad Deum ores. 10. Hac enim hora Christus cruci adfixus visus est. 11. Propterea rursus in vetere testamento lex constituit, ut panis propositionis omni hora offeratur in typum corporis et sanguinis Christi et occisionis agni rationis expertis, qui typus est agni perfecti. 12. Pastor enim 20
est Christus. *Rursus panis est, qui de caelo descendit.*

13. Similiter iterum hora sexta ores. 14. Cum enim Christus cruci adfixus esset, dies ille divisus est, et tenebrae magnae ortae sunt. Quare hora illa orationem validam orent, vocem eius imitantes, qui (tum) oravit, cum tota creatura obscurata esset Iudaeis 25
non credentibus.

15. Porro magnam orationem et magnam benedictionem nona hora perficiant, ut scias, quomodo anima iustorum benedicat Dominum Deum verum, qui sanctorum recordatus est eisque filium suum misit, verbum suum, ut ipsos illuminet. 16. Illa enim hora 30
Christus in latere lancea perforatus est, sanguis et aqua exivit, ac postea lux erat die reliquo usque ad vesperam. 17. Ideo tu quoque, si dormis, alium diem incipias ac typum resurrectionis facias.

3 Matth. 6, 34. — 20 Ioann. 10, 11. 14. — 21 Ioann. 6, 50.

29 verum : qui non mentitur L | 32 33 tu — facias : incipiens dormire principium alterius diei faciens imaginem resurrectionis complevit (sc. Christus) L

18. Iterum ores, priusquam requiescis in lectu tuo. 19. Et media nocte in lectu tuo exsurgens laves te atque ores; laves te autem aqua munda. 20. Si uxorem habes, oretis simul invicem. Sin nondum fidelis est, recedens solus ores, et iterum revertaris
 5 in locum tuum. 21. Tu autem matrimonio ligatus ne praetermittas orare; nam non estis maculati; qui enim sese lavaverunt, eis non opus est iterum se lavare, quoniam purificati ac mundi sunt. 22. Et manum tuam afflans teque saliva oris tui consignans totus mundus es usque ad pedes tuos. 23. Hoc enim donum
 10 spiritus sancti est, et guttae aquae baptismus sunt, descendentes e fonte, hoc est corde fidelis, purificantes credentem. 24. Necessesse est iterum nos illa hora orare; namque presbyteri hunc morem nobis tradiderunt nosque docuerunt, ut ita nos lavemus. 25. Illa hora enim tota creatura requiescit benedicens Deum. Stellae,
 15 arbores et aquae sunt sicut stantes; totus exercitus angelorum ministerium exhibet cum animabus iustorum; benedicunt Deum omnipotentem illa hora; ideo, qui credunt, illa hora orent. 26. Dominus autem sic locutus est haec testans: *Media nocte clamor factus est: ecce, sponsus venit; ite obviam ei.* 27. Et intulit verbum dicens:
 20 *Ideo vigilate; nescitis enim diem neque horam, qua filius hominis veniat.*

28. Similiter exsurgens hora, qua gallus cantat, ores. 29. Hora enim illa filii Israel Christum negaverunt, quem nos credentes in eum per fidem cognovimus, respicientes pleni spe diem lucis aeternae,
 25 quae lucebit nobis in aeternum in resurrectione mortuorum.

30. Quae si, fideles omnes, perfeceritis et memoria tenentes invicem docueritis et catechumenos ea facere institueritis, nihil vos tentabit neque in aeternum cadetis, si omni tempore Christi recordamini. 31. Accipe hoc nomen omni hora, frontem tuam
 30 timore signans; hoc enim est signum notum ac manifestum, quo

18 Matth. 25, 6. — 20 Matth. 25, 13.

2/3 laves — munda > L | 4 solus : in alio cubiculo L | 8/9 et — tuos : per consignationem cum udo flatu et per manum spiritum amplectens corpus tuum usque ad pedes sanctificatum est L | 9/11 hoc — credentem : donum enim spiritus et infusio lavacri, sicuti ex fonte corde credente cum offertur, sanctificat eum, qui credidit L | 14 requiescit : + ad momentum quoddam L | 15 sicut stantes : stare in ictu L | 20 diem — hominis : qua hora L | 23 credentes in eum > L

diabolus perditur. 32. Quod si in fide facis, manifestabis te non solum coram hominibus, sed per scientiam, qua laetaris sicut scuto, quoniam adversarius, diabolus, vim cordis solum respicit, cumque hominem interiorem rationabilem esse viderit, intra et extra signo verbi Dei signatum, statim fugit, fugatus per spiritum sanctum, 5 qui in homine est locum sibi dante. 33. Hoc etiam Moses propheta primo nos docuit per pascham et agnum mactatum; constituit, ut sanguine limen et duo postes linirentur, monstrans nobis fidem, quae nunc in nobis est, nobis data per perfectum agnum, qua frontem nostram manibus nostris signantes servabimur ad- 10 versus hos, qui nos occidere volunt. 34. Quae si cum gratiarum actione et in fide recta suscipiatis, convertemini et in vitam aeternam recipiemini.


35. Haec ut servetis, vobis suademus, in quibus cor est. 36. Si enim omnes traditiones apostolorum sequuntur, quas audierunt, 15 easque servant, nullus haereticus eos seducet neque aliquis homo. 37. Namque hoc modo crebrae haereses creverunt, quia praesides instituta apostolorum discere nolunt, sed secundum propriam voluptatem faciunt, quae volunt, neque ea, quae conveniunt.

38. Dilecti! Si nonnulla omiserimus, Deus ea dignis revelabit, 20 ecclesiam gubernans dignam, quae in portum tranquillum ducatur.

6 Exod. 12, 22.

36 quoniam — dante : nam adversarius, cum vidit virtutem, quae ex corde est, ut homo similitudinem verbi in manifesto formatam ostendat, fugatur non sputante <te>, sed flante spiritu in te L | 6/8 hoc — monstrans : quod formans Moyses in ove paschae, quae occiditur, sanguinem aspersit in limine et postes unxit, designabat L | 10 nostram : et oculos L | 10/11 servabimur — volunt : declinemus eum, qui exterminare temptat | 14 in qu. cor est : qui bene sapiunt L

38. Cf. XI, 16.



DIDASCALIA ARABICA.

I.

Praefatio et initium.

In nomine patris omnipotentis et filii eius unici et spiritus sancti paracleti.

1. Nos duodecim apostoli huius unici filii Dei patris omnipotentis Domini et salvatoris nostri Iesu Christi convenimus Hierosolymis, in urbe regis magni, et nobiscum Paulus frater noster, *vas electionis, apostolus gentium*, et Iacobus episcopus huius unicae urbis Hierosolymorum, et stabilivimus hanc doctrinam catholicam in ea. 2. Et nominavimus ordines secundum dignitatem eorum, 10 secundum imaginem caelestium, ita etiam ecclesiae. 3. Et notum facimus, ut administret unusquisque cum gratiarum actione id, quod ei attributum est a Domino: episcopus ut pastor, presbyteri ut doctores, diaconi ut ministri, subdiaconi ut coadiutores, anagnostae ut lectores, psaltae ut cantantes cum intellegentia, officiosi

7 Act. 9, 15. — Rom. 11, 13.

1. Haec excerpta sunt e C. A. VIII, 4, 1: ἡμεῖς οἱ δεκαδύο τοῦ κυρίου ἀπόστολοι, VI, 13, 1: ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπεμείναμεν, VI, 14, 1: Ἰάκωβός τε ὁ . . . Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος καὶ Παῦλος ὁ τῶν ἐθνῶν διδάσκαλος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς . . . ἐγράψαμεν ὑμῖν τὴν καθολικὴν ταύτην διδασκαλίαν.

1—3. Sectionem exhibet abbreviatam Abrahamus Ecchellensis, Euty-
chius 1661 p. 176 sq.

2. Cf. Canones eccles. apostolorum c. 1 ed. Funk, *Doctrina duodecim apostolorum* 1887 p. 50.

3. et — *attributum est*] C. A. VIII, 46, 1: ἐκεῖνο δὲ . . . παραγγέλλομεν, ἕκαστον ἐμμένειν τῇ τάξει τῆς δοθεῖσῃ αὐτῷ. — *officiosi*] Sequor hic codicem Borgianum, qui testatur vocem *φιλόπονοι*. Reliqui codices habent *taqlūnis* vel *nklunisyin*. Whiston interpretatus est acoluthas, et Lagarde emendavit *aqolūtis*. Sed acoluthae in

et ostiarii et populus reliquus audientes verbum evangelii cum verecundia. 4. Et perfecimus constitutionem canonum eosque collocavimus in ecclesia. Hos nunc et hunc librum alterum doctrinae, quem scripsimus, misimus per Clementem socium nostrum, ut eant in universum mundum, ut audiatis mandata, Nazareni omnes, id est 5 Christiani, qui estis sub sole, ut diligenter erudiamini. 5. Et qui audit et servat mandata in eis scripta, ei erit vita aeterna et conversatio cum Domino nostro Iesu Christo, qui nos capaces reddidit huius magni sui mysterii; et qui resistit et ea non servat, eum eicit tanquam rebellem, eiusque habitaculum est gehenna in 10 aeternum, sicut scriptum est: *Mala facientes ibunt in poenam aeternam et bona facientes in vitam aeternam* in regno caelorum, amen.

* * *

6. Initium sacrae Didascaliae ab apostolis et presbyteris et doctoribus (datae) unicuique e gentibus credenti in Dominum nostrum Iesum Christum. 7. Gratia et pax multiplicetur vobis a 15 Deo, patre omnipotente, et a Domino nostro Iesu Christo in agnitionem eius. 8. Ecclesia catholica est plantatio Dei pulchra, et qui fidelis est in cultum eius non fallentem, vinea electa est ei; hi sunt ei, qui per fidem suam regnum eius sempiternum comparant et eius virtutem et participationem spiritus sancti conse- 20 quuntur et per Iesum se praecingunt et constantes sunt in timore

11 Mt. 25, 46.

ecclesia orientali non exstiterunt. Abrahamus Ecch. legit *iaphlânîs* et interpretatur *exorcistae*. Codex syriacus mesopotamicus, qui hanc praefationem etiam Didascaliae proprie dictae praemittit, aut vocem aequae ac ostiarios omisit aut similiter legit ac Borgianus; modo vocem cum particula praecedente construxit, psaltas designans ut cantantes cum intellegentia et constantia. Cf. Gibson, *The Didascalia apostolorum in English* (Horae Semiticae II) 1903 p. 1.

4. Auctor discernit duos apostolorum libros, unum canones et alterum doctrinam continentem, et illum ponit ante hunc, qui haud dubie est Didas-

calia. Eodem modo scripturae in codicibus arabicis positae sunt, qui eas continent; scilicet Canones apostolorum priorem locum habent, Didascalia secundum. De cetero versus respondet C. A. VI, 18, 11: *καὶ ταῦτα κατὰ πόλιν πανταχοῦ εἰς ὅλην τὴν οἰκουμένην τοῦ κόσμου πεποιήκαμεν, καταλιπόντες . . τὴν καθολικὴν διδασκαλίαν . . . διαπερψάμενοι διὰ τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Κλήμεντος.*

5. Similia leguntur C. A. VIII, 48, 2 vel in epilogo Constitutionum, quem locum auctor ante oculos habuisse et amplificasse videtur.

6. *Didascaliae*] Codices legunt semper *Dascalia*.

eius ac participes aspersionis sanguinis Christi sancti, qui fiduciam accipiunt, ut Deum suum omnipotentem patrem appellent, socii hereditatis et successionis filii eius sancti. Audite doctrinam sacram, vos, qui accipietis promissiones eius secundum mandata salvatoris
5 nostri. Et haec est doctrina verbis eius gloriosis consona.

9. Attendite, filii Dei, ut omnia faciatis, quae vos in oboedientiam Dei redigunt, atque in omni re agite iuxta beneplacitum Dei vestri. Si quis in peccato ambulat et ea facit, quae voluntati Dei adversaria sunt, apud Deum tanquam gentilis legi adversans
10 reputabitur. 10. Abstinete ab omni iniustitia etc., *scilicet usque ad verba ἵνα συνῆς ἐν πᾶσι* C. A. I, 4.

II.

Capita additicia.

Caput XXIII.

De episcopis.

15 1. Postquam constitutus est episcopus, maneat tres hebdomades ieiunans neque sumat quidquam usque ad diem sabbati uniuscuiusque hebdomadis, quando non sunt dies pentecostes.
2. Ita impleat hunc annum ieiunans trinos (dies), quia id imago

XXIII. Hoc caput fere ad verbum repetitur capite XXXVIII. Adhibeo ad capita designanda numeros recensionis vulgatae.

1. Sabbato itemque die dominica ieiunium interrumpebatur, quia illis diebus, sabbato saltem in Oriente, ieiunare non licebat. Praeterea hoc ieiunium exerceri non potuit, si episcopus constituebatur tempore pentecostes, quo ieiunare vetusta consuetudo vetabat.

2. Explicat auctor hoc ieiunium mirum in modum singulos dies referens 1. ad passionem et mortem salvatoris, 2. ad resurrectionem, 3. ad ascensionem.

1—4. Hanc disciplinam Coptitas se-

cutos esse testatur Vanslebius in Historia ecclesiae Alexandrinae 1677 p. 33 sq. haec scribens: Episcopus post consecrationem suam ieiunare debet per tres hebdomades, donec stellae appareant, exceptis sabbatis et dominicis, et hoc tempore elapso per integrum adhuc annum in aqua et pane ieiunare tribus in hebdomade diebus, qui sunt feria secunda, quarta et sexta, nihil illis diebus manducans nisi fructus et mel, et reliquum vitae tempus in perpetua abstinentia transigere debet. Idem auctor autem l. c. p. 172 dicit: Episcopus consecratus ieiunat per septem dies, eo tempore omnes sui ministerii functiones discens.

introituum trium sanctorum est, per quos ingressus est unigenitus, scilicet passione et morte sua pro nobis et resurrectione sua a mortuis et ascensione sua ad caelos. 3. Et cibus, quo vescatur episcopus anno ieiunii sui, sit panis et sal et oleum et mel et olera; vinum autem non sumat. 4. Et reliquum vitae suae (spatium) 5 ieiunet, quantum potest, et cibum necessarium sumat modice. Carnem autem non edat, non quia, cum eam edat, se coinquinat, sed ne gravet cor suum neve obscuret intellectum suum et inhabilis fiat vigilare cum quiete. 5. Qui studet perficere opera eiusmodi, infirmitatem potius sibi eligere debet; qui vero infirmitatem vult, non oportet eum accipere ea, quae confortant corpus. 10 6. Quando autem episcopus illo anno graviter aegrotat nec potest perficere, quae diximus, utatur pisce et vino modice per dies paucos, ne sit afflictus neve ecclesia sit sine eius regimine ac doctrina. 7. Operam navet, ut sumat mysteria cotidie, nisi necessitas est 15 (id non facere), ut per ea vivat omni tempore, bonam conscientiam habens. 8. Et sciat omnia esse luci et sine passione sibi exsequenda esse, ut ea afferat coram illa in testimonium. 9. Et quaecunque docet, sciat, de eis loquens, se ea fecisse, priusquam ea docet. Sciat, quaecunque loquitur, cum omni certitudine. Si 20 scit, quae loquitur, etiam audientes scient, quae loquitur. 10. Deinde post haec incipiat facere liturgiam, et dicat orationem gratiarum actionis primum, et postea sedente populo dicat illis interpretationem verbi librorum sacrorum, et doceat probitatem vitae, et dicat psalmodiam. 11. Tum presbyter afferat panem et calicem 25 eucharistiae, et episcopus afferat tus et circumeat altare in honorem sanctae trinitatis, et porrigat turibulum presbytero, et hic circumeat cum eo in populo. 12. Cum autem perfecerint psalmodiam, diaconi legant pericopas e verbo apostolico et dicant hymnos ex psalmis.

4. Vanslebius l. c. p. 15 refert, vitam patriarchae Coptitarum abstinentiam continuam esse; namque eum carnem non edere, vinum rarissime bibere, quoniam maioris pretii ei sit, etc. Cumque p. 33 episcopo perpetuam abstinentiam dicat observandam esse, etiam illi carnis esum interdictum esse annuit.

8. *ea*] sc. mysteria, ut e versu praecedenti supplendum esse videtur.

10. *orationem gr. actionem primum*] Ineunte liturgia gratiarum actionem exhibent liturgiae coptica et aethiopica. Cf. Renaudot, *Liturgiae orient.* I, 38–51; 472–475; Hammond, *Liturgies Eastern and Western* 1878 p. 193–233; 238–264. Vanslebius l. c. p. 194 ordinem missae copticae describens dicit: Sacerdos missam incipit oratione gratiarum actionis.

Caput XXXV.

De ecclesia et loco sacro.

1. Ecclesia sit huiusmodi. 2. Sint ei portae tres tanquam
 imago sanctae trinitatis: una versus australem, et altera versus
 5 occidentalem et ultima versus septemtrionalem (regionem). 3. Dia-
 conicum sit ad dexteram (portae) australis, ne populus videat ob-
 lata, quae offeruntur. 4. E parte occidentali huius unius portae
 sit photisterium, cuius longitudo sit cubitorum viginti quatuor
 secundum typum congregationis seniorum viginti quatuor et cuius
 10 latitudo sit cubitorum duodecim in typum eorum, qui constituti
 sunt ad adnuntiandum evangelium. 5. Et ex parte occidentali
 septemtrionali photisterii sit locus baptismatis catechumenorum et
 etiam exorcisterium; sit a latere ecclesiae, ut catechumeni, qui in
 eo sunt, inveniant facultatem audiendi pericopas et hymnos spiri-
 15 tuales et psalmos, qui dicuntur in ecclesia. 6. Tum sit in oriente
 e parte etiam meridionali cathisterium, et ibi sint cathedrae ad
 dexteram et ad sinistram, ut in dextera sedeant presbyteri, qui in
 aetate admodum proveci sunt et *laborant in verbo doctrinae*, in
 sinistra ei, qui post eos veniunt. 7. In medio eorum sit thronus
 20 exaltatus, ad quem tres gradus ab infra ascendunt, in quo sedeat
 praeses. 8. E parte orientali horum omnium sit locus ecclesiae

9 Apoc. 4, 4. — 18 I Tim. 5, 17.

XXXV. Cf. Testamentum Domini nostri I, 29.

2. Cum tria ecclesiae latera, australe, occidentale et septemtrionale, portas habeant, altare vel sanctuarium versus partem quartam vel orientalem situm est. Tres illae portae teste Vanslebio ecclesiis copticis propriae sunt. In Historia ecclesiae Alexandrinae 1677 p. 54 sq. auctor Coptitas dicere refert, apostolos constituisse, ut sanctuarium semper ad solem orientem versum atque tres solum portae ecclesiae essent in honorem trium personarum sanctae trinitatis, et quidem una viris, altera feminis, tertia oblati afferendis.

Constitutio apostolorum, ad quam Coptitas sic dicentes respiciebant, hoc Didascaliae caput esse videtur. Alias tres illae portae raras sunt.

4. Similiter Vanslebius l. c. p. 54 sq. Coptitas dicere refert, apostolos constituisse, ut ecclesiae longitudo esset cubitorum viginti quatuor tantum in honorem viginti quatuor seniorum Apocalypsis, et latitudo cubitorum duodecim in honorem duodecim apostolorum.

6. *cathisterium*] i. e. locus, ubi sedet clerus.

7. *praeses*] i. e. episcopus. Vocabulum graecum est *προστάτης*.

separatus, ubi versentur feminae; itemque locus similis sit in parte septemtrionali. 9. Et in medio horum sit altare, quod circumdet velamentum. 10. Et e parte orientali altaris sit thronus supra praesidem exaltatus, ad quem gradus ascendunt pro sua altitudine. 11. Sintque in ecclesia columnae duae, una ad dexteram, altera 5 ad sinistram. 12. Omnia sint valde splendida et in ordinem digesta, ut decet locum sanctum, et illustrentur luminaribus multis tanquam imago caelestium, inprimis in lectione pericoparum librorum sacrorum. 13. Circum altare sint velamenta ex panno puro, quia sanctum est, et ita etiam sit in photisterio. 14. Supra eccle- 10 siam e loco septemtrionali sit domus oblatorum, et diaconi nomina eorum, qui singulis diebus dona afferunt, describant, sive sit pro vivis sive pro mortuis, ut sacerdos, quando orat, eos commemoret, et ita in diacono eorum commemorationem hac hebdomade efficiat, et ei, qui prope velamenta sunt, sicut et populus 15 simul orent pro illis. 15. Hoc imago est eorum, quae fiunt in caelis. 16. Locus, in quo leguntur pericopae, sit paululum remotus ab altari septemtrionem versus. 17. Presbyteri et diaconi et reliquus clerus, si fieri potest, sint in ecclesia, diaconissae autem sint in loco septemtrionali ecclesiae, ut omnes simul in quiete inve- 20 niant facultatem perficiendi ministerium, quod unicuique eorum convenit. 18. Apud ecclesiam sit locus mansionis pro peregrinis, ut cura eorum habeatur de rebus ecclesiae iussu praesidis.

Caput XXXVI.

De ordinatione episcoporum.

25

1. Postquam domus ecclesiae perfecta est, sicut decet, episcopus ita ordinetur. 2. Eligatur ab universo populo secundum

XXXVI. Cf. Testamentum D. n. I, 20—21. Hoc caput magna ex parte e Constitutionibus apostolorum vel scripturis ex his profectis compilatum est. Proxime accedit ad ritum ordinationis Coptitarum, quem Denzinger in tomo II libri: Ritus Orientalium 1864, publicavit.

1—4. Haec sectio fere ad verbum eadem est cum ritu Coptitarum con-

stitutionem episcopi et ordinem electionis eius spectante. Denzinger l. c. p. 18 sq. locum sic interpretatur: „Postquam vita (*βίος*) eius fuit secundum decorum (*πρέπει*), eligitur secundum voluntatem spiritus. Sit autem (*δὲ*) irreprehensibilis (Arabs ita habet: ut sit vita eius, postquam electus est ab universo populo collecto, secundum voluntatem spiritus, sit irreprehensibilis etc.),

voluntatem spiritus sancti. 3. Sit sine macula, castus, sanctus, mansuetus, benignus, non sollicitus de aliqua re alia, vigilans, non argenti cupidus, irreprehensibilis, non litigiosus, sed misericors, amans pauperes et bene sciens mysteria Dei; ne appetat, quae
 5 huius mundi sunt; sit castus, *paratus ad omne opus bonum*, quippe cui ministerium Dei concredatur. 4. Bonum est, si sine uxore sit; sin minus, qui unius uxoris vir fuit, ne affligatur viduitate duplici. 5. Sit media aetate. 6. Et populus universus atque clerus

5 Tit. 3, 1.

sapiens, purus, mansuetus, benignus (*ἐπιεικής* = *ἐπιεικῆς*), sine sollicitudine, vigilans, non amans argenti, sed (*ἀλλὰ*) amans pauperum, bene (*καλῶς*) sciens scripturas (*γραφῆ*), non ingressurus in quidquam (sc. negotiorum) huius mundi, quietus (*ἡσυχός*), perfectus in omnibus operibus bonis, ut (*ὡς*) qui ordinatur ad ordinem (*τάξις*) Dei supremum. Bonum (*καλὸν*) quidem (*μὲν*) est, eum numquam habuisse uxorem; si vero (*δὲ*) non, interrogetur, an fuerit maritus uxoris unius in matrimonio (*γάμος*) sollemni (*σεμνόν*), et id quidem in media (*μέσως*) aetate (*ἡλικία*)“. Ritus constitutionis archiepiscopi Alexandrini, quem Denzinger p. 39 communicat, nonnullis locis etiam propius ad Didascaliam accedit, cum aliis magis differat. Sectio incipit: Eligatur a synodo (*σύνδοξ*) episcoporum et populo universo secundum voluntatem spiritus sancti; post *amans argenti* pergit: sit sine querela, non litigiosus, sed amans pauperum, sciens scripturas et mysteria (*μυστήριον*) Dei bene; omittit autem verba *bonum* — *matrimonio sollemni*, et loco posteriore addit: sit ecclesiasticus (*ἐκκλησιαστικός*), sit virgo (*παρθένος*) irreprehensibilis.

4. *bonum etc.*] Canones ecclesiastici apostolorum 16, 2 exhibent: *Καλὸν μὲν εἶναι ἀγύναϊος, εἰ δὲ μή, ἀπό*

μιᾶς γυναικός. Cf. Funk, *Doctrina duodecim apostolorum* 1887 p. 60. — *ne affligatur etc.*] i. e. ne ei accidat, ut bis viduus fiat. Argumentum singulare est. Sed scriptura satis distincte sic dicit.

6—8. Cum his versibus consentiunt, quae Abrahamus Ecchellensis, Euty chius 1661 p. 42—43, e capite IV Constitutionum vetustissimarum ecclesiae Alexandrinae arabice edidit atque latine sic vertit: „Episcopus constituatur die dominico omnibus consensum prae-bentibus de ipsius promotione, et populo ac sacerdotibus pro illo attestantibus. Episcopi autem, qui adsunt, ut manus ipsi imponant, lavent manus suas, deinde consecrent illum, populo adstante cum silentio et timore, et elevent manus suas (id est populus et sacerdotes cum episcopis — ut Abrahamus interpretatur) super eum dicentes: Imponimus manus nostras super servum hunc electum Deo in nomine patris et filii et spiritus sancti ad constituendum illum in ordinem bonum ac stabilem unice sine macula ecclesiae Dei vivi invisibilis ad faciendum iudicium rectum et manifestationem sanctam et gratias patentes ac prodeuntes et doctrinam fidelem, hunc nimirum, qui factus est ecclesiae catholicae a parte sanctissimae trinitatis mysterio crucis“.

ei testimonium dent, et episcopi praesentes ei manum imponant. 7. Tum manus lavent eumque ordinent, dum populus universus adstat in quiete et timore et manus cum silentio elevat. 8. Dum manus episcoporum super eum quiescunt, dicant ita: „Imponimus manus nostras super hunc servum Dei electum in nomine patris et filii et spiritus sancti, ut impertiamus ordinem firmum (et) bonum unice, unice immacolatae ecclesiae Dei vivi (et) invisibilis ad faciendum iudicium iustum et manifestationem sanctam et gratias puras et doctrinam certam, quae ecclesiae catholicae a sancta trinitate obtigit per mysterium crucis“. 9. Et postea primus inter illos episcopus manum super eum imponat et hanc orationem consecrationis dicat: 10. „Deus omnipotens, qui potentia sua omnia creavit ac firmavit orbem voluntate sua, tu, qui coronam omnium eorum,

12 Ps. 103, 24. — 13 Ps. 92, 1.

Deinde animadvertens, illam manuum impositionem non esse eam, qua ordo confertur, addit, quae in illa scriptura statim subiunguntur et versibus 9 ac 22—24 Didascaliae nostrae respondent. Sunt autem haec: „Posthaec autem imponat primus episcopus ex illis ei manum et dicat formulam consecrationis seu ordinationis; dicatque universus populus: Amen. Deinde osculentur eum episcopi, et dicant cuncti sacerdotes et populus: Dignus, dignus, dignus; et osculentur illum omnes atque adprecentur illi pacem et salutem“.

8. Canones quoque, qui sub nomine Hippolyti circumferuntur, c. 2 (ed. Haneberg 1870 p. 64) orationi consecrationis proprie dictae orationem episcoporum communem praemittunt, et quidem hanc: „O Deus, corrobora hunc, quem nobis praeparasti“. Ritus constitutionis archiepiscopi Alexandrini illi orationi hanc orationem episcoporum communem orationi Didascaliae similem postponit: „Imponimus manus nostras super electum servum Dei N. in nomine patris et filii et spiritus

sancti ad confirmationem et constitutionem (*κατάστασις*) validam et piam unius solius indivisibilis ecclesiae invisibilis Dei vivi, quam comparavit per incarnationem et dispensationem (*οἰκονομία*) universam et crucem et mortem et resurrectionem suam a mortuis, Deus ex Deo, unigenitus filius patris Iesus Christus Dominus noster, ad iustificationem iudiciorum veritatis, revelationum sanctarum, donorum (*δωρεά*) sacrorum et doctrinarum fidelium de trinitate perfecta et consubstantiali, de cruce sancta, quae est armatura (*ὄπλον*) fidelium (*πιστός*), firmamentum ecclesiae, securitas (*ἀσφάλεια*) sacerdotum, victoria regum, prosperitas (*εὐστάθεια*) populorum (*δῆμος*), resurrectio mortuorum et pignus incorruptibile in saecula, amen“. Cf. Denzinger l. c. p. 56.

10. Cf. C. A. VIII, 4, 6; Epitome III, 6. — *dicat*] Codices colore rubro adnotant: Oratio consecrationis super episcopum.

10—21. Haec oratio prope accedit ad eam, quam Epitome c. 4 exhibet, et ad eam, quae apud Coptitas super

quae a te proveniunt, confirmasti eisque impertiisti, ut mandata
 tua cum timore impleant; qui mysterium veritatis nobis dedisti et
 locum salutis docuisti ac misisti nobis filium tuum unigenitum
 dilectum, salvatorem ad nos salvandos, et dedisti nobis spiritum
 5 tuum sanctum, ut ducat nos ad probitatem; 11. *Deus, pater Do-*
mini nostri Iesu, pater misericordiarum ac Deus omnis solatii, habitans
in locis sanctis, puris, laude dignis; magnus, timendus, humiles re-
spiciens, omnia noscens, antequam fiunt, apud quem omnia sunt,
 quasi ante creationem iam fuerint, lumen gratiae suae collocans
 10 in ecclesia sancta per filium suum unigenitum; 12. qui initio se-
 paravit eos, qui electi sunt, ut servent iustitiam eius ac faciant
 voluntatem eius, ut sint in *habitaculis eius sanctis*; qui elegit Abra-
 ham, in quo beneplacitum tibi fuit propter fidem (eius) et trans-
 posuisti Henoch tuum sanctum in loca vitae; 13. tu, Deus, qui
 15 sacerdotes constituisti, ut sint principes in locis tuis sanctis, eosque
 elegisti pro ecclesia tua gloriosa, ut glorificent et benedicant et
 laudent nomen tuum sanctum excelsum et Iesum Christum filium
 tuum unigenitum et spiritum tuum sanctum, ne locus tuus sanctus
 sine ministerio in ea sit inde a tempore creationis mundi; et postea
 20 eam bene instituisti sacerdotibus puris et presbyteris fidei tanquam
 imaginem ecclesiae virginis, quae est in caelo; 14. et nunc quoque,
 Domine, da servo tuo huic N. N., quem tibi placuit elevare ac
 dignare, ut sacerdos (*ἀρχιερέυς*) esset, lumen, ut illuminetur in
 virtutibus tuis sanctis, et effunde super eum prudentiam electam
 25 sanctitatis tuae et gratiam potentem spiritus tui, quem dedisti
 ecclesiae tuae sanctae per filium tuum dilectum Dominum nostrum
 Iesum Christum; 15. da ei sapientiam et scientiam, veritatem et
 virtutem et solatium per spiritum tuum sanctum, ut virtute gratiae
 tuae omnia perficere possit. 16. Immo etiam, *sancte in sanctis*
 30 *habitans*, da ei spiritum tuum sanctum, quem dedisti ceteris apo-
 stolis, quem effudisti in ecclesia tua sancta immaculata et in omni

5 II Cor. 1, 3. — 6 Ps. 112, 5. — 7 Ps. 112, 6. — 8 Dan. 1, 42. —
 12 Ies. 63, 15. — 12 Rom. 4, 9. — 14 Hebr. 11, 5. — 29 Ies. 57, 15.

metropolitam (Denzinger l. c. p. 33 sq.)
 et archiepiscopum Alexandrinum (ib.
 p. 48 sq.) pronuntiatur, ac quasi me-
 dia inter eas est. Fere eadem est cum

ea, quae apud Maronitas in chirotonia
 patriarcharum dicitur (Denzinger l. c.
 p. 220 sq.).

templo Dei, *habitaculo gloriae tuae*. 17. Et ministro tuo N. N. concede, Domine, ut placeat tibi coram te et omni tempore gloriam ac sine fine laudes et hymnos tempore suo et orationes acceptas offerat in virtutibus et voluntatibus tibi placentibus et consilio iusto et corde humili et spiritu puro et vultu benigno, operibus vivis ac iustis et scientia recta. 18. Immo, Domine *Deus, qui scrutaris corda et renes*, ministrum hunc tuum N. N. elegisti in episcopatum, ut *pascat gregem tuum* sanctum in sanctitate et sapientia, ut mente sancta ministret tibi die ac nocte: *illumina faciem tuam super eum* eumque dignum redde, qui sacrificia sancta ecclesiae tuae offerat constanter ac cum timore, et praesta ei possidere *spiritum tuum principalem, ut solvat omne vinculum*, sicut eum apostolis tuis sanctis dedisti. 19. Fac, ut tibi placeat mansuetudine et prudentia et caritate et scientia et doctrina et perfectione et fide perfecta ac corde puro. 20. Precetur pro populo tuo, et contristetur super imprudentes et misericordiam tuam in adiutorium eis deducat, et ad te reducat errantes, ebrios in tenebris, eos, quibus non est firmitas; et membra dispersa adiungat ecclesiae tuae, ut omnes sint uniti in gratia tua *cum bono odore* et in laudem *nominis sancti tui per filium tuum unicum Iesum Christum Dominum nostrum*. 21. Laus autem et honor tibi est et ei et spiritui sancto ab omnibus saeculis et nunc et semper et in saecula, amen“. 22. Et populus omnis loquatur: Amen. 23. Et postea episcopi eum osculentur, et universus clerus ac populus dicant: Dignus, dignus, dignus. 24. Et omnes eum osculentur eique salutem precentur. 25. Deinde pericopas congruas legant et sacrificium sanctum cum ordine

1 Ps. 25, 8. — 6 Ps. 7, 10. — 8 I Petr. 5, 2. — 9 Num. 6, 25. — 11 Ps. 50, 14. — 12 Ies. 58, 6. — Mt. 18, 18. — 19 Eph. 5, 2. — Act. 4, 30.

23. *osculentur*] Cf. C. A. VIII, 5, 10. — *populus etc.*] Ritus constitutionis episcopi copticus: Populus dicit: Dignus, dignus, dignus (Denzinger l. c. p. 25).

25—26. In descriptione consecrationis patriarchae Alexandrini Ebnassali epitome canonum haec exhibet: „Lectio illa peracta perficietur liturgia. . . Ad finem liturgiae primus ipse communicabit sacris mysteriis et aliis omnibus iuxta ordinem suum communi-

onem distribuet, dimittetque eos cum pace et benedictione. Postea festos dies tres celebrant in cella patriarchali cum magno spiritualique festivitate“. Cf. Denzinger l. c. p. 35. Similiter Vanslebicus de constitutione episcopi agens in Historia ecclesiae Alexandrinae p. 175 sq. dicit: perficit (episcopus novus) missam, eiusque in fine eucharistiam dat populo; deinde ad epulas se confert, ubi primum locum habet, et

perficiant; ipse primus particeps sit mysteriorum sanctorum, et eis omnibus secundum ordinem de illis distribuat, et tum eos in pace dimittat. 26. Et tres dies festum spiritale celebrent tanquam imaginem mysterii eius, qui tertio die resuscitatus est. 27. Episcopus
5 oret omnibus horis; porro episcopus ad altare maneat et orationi vacet die ac nocte.

Caput XXXVII.

De temporibus orationis episcopi et presbyterorum.

1. Postea episcopus sit assiduus ad altare et orationi vacet
10 die ac nocte, in primis horis, quibus oratio decet, initio diei et tempore cubitum eundi et media nocte et tempore diluculi, ac deinde hora diei prima, et item hora tertia et hora sexta et hora nona et crepusculo. 2. Et pro seipso et universo populo et omni tempore orans bene facit; et sit solus in ecclesia. 3. Et si unum
15 vel duos habet secum unanimes, eique placet, ut cum eo sint, faciat, ut eum in omni re adiuvent, praesertim in orationibus perficiendis et in precando intente cum concordia, quoniam Dominus dixit: *Ubi duo vel tres in nomine meo congregati sunt, ego sum in medio eorum.* 4. Sin autem orationem non continuo die ac nocte
20 prosequi potest, horis eis oret, quas diximus. 5. Tum sancti angeli ecclesiam visitabunt eamque servabunt.

Caput XXXVIII.

Quod episcopum ieiunare oportet.

1. Postquam ordinatus est, tres hebdomades ieiunet, nec quid-
25 quam sumat singulis hebdomadibus usque ad sabbatum, nisi tempus

18 Mt. 18, 20.

hoc festum tres dies continuos durat in honorem sanctae trinitatis.

26. Denzinger l. c. p. 27 sectione de constitutione episcopi agente finita haec tanquam rubricam arabicam addit: „Deinde celebrabitur ei tres dies festum spirituale in similitudinem mysterii eius, qui resurrexit a mortuis“, quae plane eadem sunt cum hoc versu.

XXXVII. Cf. Testamentum D. n. I, 22.

1. Enumerantur novem orationis horae. Canones Hippolyti c. 25 et Vanslebius l. c. p. 65—68 septem horas habent. Tres autem Didascaliae horae difficulter discernuntur: exordium diei, tempus matutinum, hora prima.

3. Cf. C. A. VIII, 34, 10; Epitome c. 24.

XXXVIII. Cf. Testamentum D. n. I, 22—23.

pentecostes est. 2. Et tempore reliquo huius anni (ordinationis) trinos dies ieiunet, cum hoc sit imago magni introitus sancti, per quem filius Dei unigenitus permeavit die passionis suae et mortis corporis sui et die resurrectionis a mortuis et die ascensionis suae in caelum. 3. Et cibus, quo episcopus illo anno toto uti debet, 5 quo trinos dies ieiunet, sit panis et oleum et sal et mel et olera; vinum autem minime gustet. 4. Et reliquos dies vitae agat ieiunans, quantum potest. Modice et cum pietate et gratiarum actione sumat cibos necessarios. Carne vero non fruatur; non, quia eam comedens se maculat, sed ne cor suum gravet et mentem suam 10 obscurat, sed paratus sit vigilare; qui enim haec opera perficere vult, infirmitatem potius sibi eligere debet, et qui infirmitatem eligit, non lucrum habet, sumens, quod corpus confortat. 5. Et sanctum sacrificium ascendat sabbato et dominica, et liturgiam mane incipiant, itemque diebus festis, qui media hebdomade in- 15 cidunt. 6. Deinde cum dies festus duobus ieiuniis incidit, scilicet feria quarta vel sexta, orent et sancta mysteria sumant, sed ieiunium non frangant usque ad horam nonam. 7. Sin autem episcopus illo anno adeo aegrotat, ut stare non possit et ea perficere, quae diximus, aliquot diebus paucis pisces et vinum sumat, ne 20 succumbat et ecclesia ipso et verbo doctrinae ipsius egeat. 8. Et operam det, ut omni die mysteriis fruatur, nisi necessitas sit (id non faciendi), ut de eis vivat omni tempore. 9. Et doceat in ecclesia et loquatur constanter et habeat conscientiam bonam, ut sciat, omne ministerium patris luminum sine animi perturbatione 25 per ipsum perficiendum et testimonium de eo reddendum esse. 10. Haec sunt praecepta. Et doceat ea, quae dici possunt, quod prius ea fecit; loquatur et sciat distincte, quae dicit; cum enim scit, quae dicit, auditores eius quoque ea scient. 11. Et precetur humiliter ad Dominum et (cum ipso) populus universus, ut sermo, 30

4. *sumat etc.*] Vanslebicus l. c. p. 95 refert, diebus ieiunii Coptitas liturgiam post horam nonam celebrasse, ne ieiunium frangeretur. Auctor fortasse hanc praxin respicit. Animadverto autem, codices Oxonienses dicere: non sumant, scilicet quod mysteriis sumtis ieiunium frangatur. Iam Tertullianus De oratione c. 19 de Christianis loquitur,

qui diebus stationum ad sacram cenam non accedebant, timentes, ne accepto corpore Domini statio solveretur. Inde fortasse etiam explicandum est, quod Socrates H. E. V, 22 de ecclesia Alexandrina refert, feriis quarta et sexta in ea scripturas sacras legi et cuncta fieri, quae ad collectam (*σύναξις*) pertinent praeter mysteriorum celebrationem.

quem loquitur, in audientibus eum fructum spiritus sancti ferat, et omnia faciat cum ordine ac modestia. 12. Et doceat catechumenos sermone prophetico et doctrina apostolica, et loquatur aperte, ut cognoscant, quae sibi elegerunt. 13. Et fideles ducat
 5 ad mysteria, sicut decet, catechumenis dimissis. 14. Post hanc eruditionem tum liturgiam faciat, ut sciant, hanc esse gloriam mysteriorum, quorum participes fiunt, coeperintque ea cum timore ac tremore accipere. 15. Et incipiat sanctam liturgiam cum ordine facere, et quidem sic. Primo gratiarum actionem dicat. 16. De-
 10 inde populo universo sedente eis explicationes verbi, i. e. librorum sacrorum pronuntiet eosque de conversatione erudiat, prout decet, ac viam probitatis doceat. 17. Deinde dicat psalmodiam e libro psalmodiarum, e poetis sententiarum, e sapientibus gratiae (?); et populus universus cum intellegentia ac timore eos audiat, corde
 15 contrito eos sequatur. 18. Et presbyter panem ac poculum eucharistiae afferat; et episcopus tus afferat et in laudem sanctae trinitatis ter altare circumbeat atque turibulum presbytero det, et hic cum eo populum universum circumbeat. 19. Psalmodia vero finita diaconi pericopas e sermone apostolico pronuntient et pericopen
 20 e psalmis, deinde e verbo evangelii. 20. Et orent pro aegrotis et peregrinantibus et afflictis et pro tempestate et fructibus et pro regibus et magistratibus et pro defunctis et benefactoribus ecclesiae. Orent etiam pro catechumenis et pro salute ecclesiae catholicae et pro episcopo et clero et populo congregato. 21. Et sic episcopus
 25 liturgiam faciat velo demisso ac intra hoc versantibus presbyteris, diaconis et subdiaconis et lectoribus et viduis, quae diaconissae sunt, et eis qui charismata habent. 22. Et episcopus ad altare stet, atque circa hoc diaconi sint et flabella et akmisat moveant, quae sunt sicut alae Cherubim; et presbyteri prope hoc stent itemque
 30 reliqua pars cleri secundum ordinem. Et donum fidelium solum offert.

21. *qui charismata habent*] His verbis in Constitutionibus ecclesiae aegyptiacae c. 9, in Canonibus Hippolyti c. 8, in Testamento D. n. I, 47 iidem designantur, qui in Constitutionibus apo-

stolorum VIII, 26 distincte exorcistae nominantur.

22. *akmisat*] Vocabulum obscurum, ut videtur, corruptum.

Caput XXXIX.

Haec est mystagogia Iesu Christi Dei nostri, quam fideles ante sanctam liturgiam emittant, fides, quam sanctos apostolos docuit.

1. *Qui fuit ab initio, qui est et qui venturus est*, qui mortuus 5
 et sepultus est et resurrexit et a patre gloria coronatus est; 2. qui
 vinculum mortis solvit et a mortuis resurrexit; 3. et non solum
 homo es, sed Deus es et homo factus es sine mutatione; 4. qui
 corpus Adae per spiritum sanctum adsumpsit ac vivificavit, qui
 Adam mortuum induit eumque resuscitavit et cum corpore ascendit 10
 in caelum; 5. qui mortem vicit eiusque vinculum morte sua diremit
 et pudore affecit diabolum; qui per hoc longum tempus rex et
 dominator super nos constitutus erat, postquam eius funes ac vim
 confregit, eiusque vincula diremit; nam facies eius plena tenebris
 erat, timebat ac perturbabatur filium Dei unigenitum corpore e 15
 virgine induto ad inferos descendentem videns; 6. et est consilium
 inseparabile et pastor unus cum patre, creator caeli cum patre,
 corona angelorum, ordo archangelorum, voluntas virtutum, spiritus
 dominationum, princeps regni aeterni, dominator sanctorum, in-
 tellectus incomprehensibilis patris; 7. est sapientia patris, vis et 20
 dextera, mens, consilium, manus, brachium patris. 8. Credimus
 et confitemur, eum esse lumen, salutem nostram, adiutorem, ma-
 gistrum, remuneratorem, qui nos suscipit, qui victoriam reportavit,
 arcem nostram, pastorem nostrum, confidentiam nostram; tu es
auctor vitae, medicina nostra, cibus noster, iudex noster. 9. Con- 25
 fessio nostra, quam confitemur, haec est: 10. eum passum (et) natum
 esse, cum non sit factus; eum mortuum esse, cum vivus fuerit,
 filius vivi, filius patris indivisibilis; 11. (eum esse), qui peccata
 nostra in se suscepit, cum sine peccato fuerit, qui e *sinu patris*
 venit, qui distribuit corpus suum salvans et sanguinem suum 30

5 Apoc. 1, 4. 8; 4, 8; 11, 17. — 25 Act. 3, 15. — 28 Ies. 53, 5. 12. —
 29 Ioann. 1, 18.

XXXIX. Cf. Testamentum D. n. I, 28.
 Particula in multis codicibus aethiopi-
 cis legitur. Ut Drews in *Theolog. Stu-
 dien und Kritiken* 1901 p. 164 n. 3 refert,

tredecim libri Musei britannici, duode-
 cim Bibliothecae nationalis Parisiensis
 eam tradunt.

vivificantem; spiritum vitae et sanctitatis, qui aqua baptismi nos purificavit, qui corda laetificat eorum, qui eum timent, omni tempore cum eis versans; qui nos ab omnibus aditibus satanae removit, qui animas nostras renovavit, cum omnes in eo confidamus. 13. Ipse
 5 est Deus ante omnia tempora, cum fuerit apud Deum patrem perpetuum, aeternum. 14. Hic cum videret, mundum interiisse vinculis peccati et ignorantia et caecitate errorem cogitationum illarum infernalium efficiente, cumque generi humano mederi vellet, corpus virginale sibi proposuit et ea re nos sibi coniunxit, et sensus nostros
 10 omnes sanavit, et omnes adversarii virtutes dispersit, et corpus incorruptibile induens, qui incorruptibilis est, corpus mortale reddidit incorruptibile. 15. Ideoque in corpore Adae apparuit, ut imaginem incorruptibilem manifestaret, et in hac imagine mortuus est et eos, qui erant in interitu, evangelio solvit eisque sancta
 15 mandata dedit, quae verbum regni in hoc evangelio sunt. 16. Et vincula diaboli ab hominibus soluta sunt, ut per mortem Domini nostri digni simus vita aeterna pro morte et resuscitemur in mundo vero. 17. Qui Christus est, filius Dei, homo factus est et naturam nostram mortalem adsumpsit, quae Adae et generis eius est.
 20 18. Ipse primus est, qui venit ad humanum genus, et ipse Deus est, quem prophetae praecognoverunt et apostoli praedicaverunt et omnes homines confitentur; qui a Deo gloria coronatur et ab angelis laudatur. 19. Et nostra causa crucifixus est, cuius crux vita est et confidentia nostra ac salvator noster, mysterium absconditum, laetitia inenarrabilis, omni tempore in summo gradu praestantiae stans, quae amatur, quae a Deo separari nequit, cuius dignitas his labiis describi non potest, mysterium absconditum, quod fideles norunt, quod norunt, quamquam invisibile est. Haec
 25 est crux, in qua gloriamur, ut is laudetur, in quem credimus, nos fideles perfecti. 20. Et separamus nos a sensibus nostris exterioribus, ita ut re vera non esse videantur, et ea re firmi sumus. 21. Procul estote ab omnibus rebus fluxis, et surdi estote in his auribus exterioribus, ut intellegatis beneplacitum Dei et cognoscatis

2 Ps. 18, 9. — 5 Ioann. 1, 2. — 9 Ies. 53, 4.

13—32. Haec particula in symbolo nititur. Animadvertite versus 13, 14, 17, 19, 23, 31, 32.

19—22. Cf. Act. Petri c. 8, Acta apost. apocr. edd. Lipsius et Bonnet I, 90, 20—92, 15.

1. Confitemur tibi, Deus hominum amans, et proicimus infirmitates nostras et deprecamur, ut fortitudo nobis fiat. 2. Ignosce peccata antea commissa et remitte omnia delicta praeterita et redde *novos homines*. 3. Ostende nos et servos genuinos et puros; tibi consecramus nos, suscipe nos, *Deus veritatis*, suscipe hunc populum; da, ut cunctus genuinus fiat; da, ut cunctus immaculate et pure conversetur; commensurentur caelestibus, connumerentur angelis, cuncti electi et sancti fiant. 4. Deprecamur te pro eis, qui crediderunt et Dominum Iesum Christum agnoverunt: *confirmentur in fide* et cognitione et doctrina. 5. Oramus pro universo hoc populo, reconcilieris omnibus, manifestes te, reveles tuum lumen: *cognoscant te* omnes patrem increatum et unigenitum tuum filium *Iesum Christum*. 6. Deprecamur pro omnibus magistratibus: pacatam vitam habeant pro requie catholicae ecclesiae. 7. Oramus, Deus misericordiarum, pro liberis et servis, masculis et feminis, senibus et pueris, pauperibus et divitibus: omnibus tuam propriam benignitatem ostende ac tuam propriam humanitatem ad omnes protende; omnium miserere, et omnibus largire conversionem ad te. 8. Deprecamur pro peregrinantibus: largire eis angelum pacis comitem fieri, ne quid detrimenti a quopiam 10 15 20 25

man, *Liturgies* I, 119; Lit. Iacob. copt. ib. p. 157—59; 221.

8. ἀγγελον εἰρηνικόν] Angelo pacis in oratione pro fidelibus locum attribuit etiam Chrysostomus Adv. Iud. III, 6

(ed. Bened. I, 614 C) et In Ascens. I (II, 448 D); in officio vespertino ac matutino Constit. apost. VIII, 36, 3; 38, 3.

συνοδοιπόρον γενέσθαι, ἵνα μηδὲν ὑπὸ μηδενὸς ζημιωθῶσιν, ἵνα
 ἐν πολλῇ εὐθυμίᾳ τὸν πλοῦν καὶ τὰς ἀποδημίας αὐτῶν διανύ-
 σωσιν. 9. παρακαλοῦμεν ὑπὲρ τεθλιμμένων καὶ δεδεμένων καὶ
 5 πενίτων· ἀνάπανσον ἕκαστον, ἀπάλλαξον δεσμῶν, ἐξένεγκον τῆς
 10. δεόμεθα ὑπὲρ νοσοῦντων, ὑγίαν χάρισαι καὶ τῆς νόσου ἀνά-
 στησον καὶ ποιήσον αὐτοὺς τελείαν ἔχειν ὑγίαν σώματος καὶ
 ψυχῆς. 11. σὺ γὰρ εἶ ὁ σωτὴρ καὶ εὐεργέτης, σὺ εἶ ὁ πάντων
 κύριος καὶ βασιλεύς· σὲ παρακεκλήκαμεν ὑπὲρ πάντων διὰ τοῦ
 10 μονογενοῦς σου Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ <κράτος>
 ἐν ἁγίῳ πνεύματι καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν
 αἰώνων, ἀμήν.

ξ'.

Χειροθεσία λαϊκῶν.

1. Ἡ ζῶσα καὶ καθαρὰ χεῖρ, ἡ χεῖρ τοῦ μονογενοῦς, ἡ πάντα
 15 τὰ πονηρὰ καθηρηκυῖα καὶ πάντα τὰ ἅγια βεβαιώσασ(α) καὶ
 ἡσφαλισμένη ἐκταθήτω ἐπὶ τὰς κεφαλὰς τοῦ λαοῦ τούτου. 2. εὐ-
 λογηθεῖη ὁ λαὸς οὗτος εὐλογία πνεύματος, εὐλογία οὐρανοῦ,
 εὐλογία προφητῶν καὶ ἀποστόλων· εὐλογηθεῖη τὰ σώματα τοῦ
 λαοῦ εἰς σωφροσύνην καὶ καθαρότητα, εὐλογηθεῖσαν αἱ ψυχαὶ
 20 αὐτῶν εἰς μάθησιν καὶ γνῶσιν καὶ τὰ μυστήρια· εὐλογηθεῖσαν
 κοινῇ πάντες διὰ τοῦ μονογενοῦς σου Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ σοὶ
 ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἐν ἁγίῳ πνεύματι καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς
 σύμπαντας αἰῶνας <τῶν> αἰώνων, ἀμήν.

ξ'.

Εὐχὴ περὶ νοδούντων.

25 1. Παρακαλοῦμεν σὲ τὸν ἔφορον καὶ κύριον καὶ πλάστην
 τοῦ σώματος καὶ ποιητὴν τῆς ψυχῆς, τὸν ἀρμοσάμενον τὸν ἄν-
 θρωπον, τὸν οἰκονόμον καὶ κυβερνήτην καὶ σωτῆρα παντὸς τοῦ
 γένους τῶν ἀνθρώπων, τὸν καταλ(λ)ασσόμενον καὶ πραϋνόμενον

1 μηδὲν B : μηδένα A W | 4 ἐξένεγκον B : ἐξενεγκῶν A W

VI. Cf. Constit. ap. VIII, 11, 1—6; Liturg. Nestorianorum, Brightman l. c. p. 267, Lit. Armeniorum ib. p. 429. Liturgiae Marci et Iacobitarum copt.

nobis traditae illam benedictionem non exhibent.

VII—XI. Hae preces in Constitutionibus apost. non orationes proprias

capiant, ut in magna tranquillitate navigationem et peregrinationes suas perficiant. 9. Deprecamur pro afflictis et captivis et pauperibus: recrea unumquemque, libera a vinculis, educ e paupertate, alleva omnes, qui es allevans ac consolans. 10. Oramus pro aegrotis: sanitatem largire et e morbo erige atque fac, ut perfectam habeant 5 sanitatem corporis et animae. 11. Tu enim es salvator et beneficus, tu es omnium dominus ac rex; te deprecati sumus pro omnibus per unigenitum tuum Iesum Christum, per quem tibi gloria et potestas in sancto spiritu et nunc et in omnia saecula saeculorum, amen. 10

VI (XXIX).

Benedictio laicorum.

1. Viva et pura manus, manus unigeniti, manus, quae omnia mala sustulit et omnia sancta confirmavit ac tuta praestitit, extendatur super capita huius populi; 2. benedicatur hic populus benedictione spiritus, benedictione caeli, benedictione prophetarum et 15 apostolorum; benedicantur corpora populi in castitatem et puritatem; benedicantur animae eorum in doctrinam et cognitionem et mysteria; benedicantur simul omnes per unigenitum tuum Iesum Christum, per quem tibi gloria et imperium in sancto spiritu et nunc et in omnia saecula saeculorum, amen. 20

VII (XXII).

Oratio pro aegrotis.

1. Deprecamur te inspectorem et dominum et opificem corporis et creatorem animae, qui hominem composuit, dispensatorem et rectorem et salvatorem universi generis hominum, qui recon-

efficiunt, sed in oratione pro fidelibus VIII, 10 continentur, preces pro aegrotis v. 14, pro ecclesia v. 4—5, pro episcopis, presbyteris et reliquis clericis v. 6—10; repetuntur post Epiclesin VIII, 12, 40—45 et v. 48 adduntur

preces pro fertilitate; cf. VIII, 13, 4. 7. Preces pro aegrotis nostra quoque scriptura iam oratione pro populo V, 10 inserit, denuo autem etiam speciatim profert. Animadvertas autem velim, orationem Serapionis pro aegrotis

διὰ τὴν ἰδίαν φιλανθρωπίαν· 2. ἰλάσθητι, δέσποτα· βοήθησον καὶ ἴασαι πάντας τοὺς νοσοῦντας, „ἐπιτίμησον“ τοῖς νοσήμασιν, ἀνάστησον τοὺς κατακειμένους· „δὸς δόξαν τῷ ὀνόματί σου“ τῷ ἁγίῳ διὰ τοῦ μονογενοῦς σου Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι’ οὗ σοὶ ἡ δόξα
5 καὶ τὸ κράτος ἐν ἁγίῳ πνεύματι καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

η΄.

Χειροθεσία νοσοῦντων.

1. Κύριε θεὲ τῶν οἰκτιρισμῶν, ἔκτεινόν σου τὴν χεῖρα καὶ χάρισαι θεραπευθῆναι τοὺς νοσοῦντας πάντας· χάρισαι τῆς ὑγείας
10 ἄξιωθῆναι, ἀπάλλαξον αὐτοὺς τῆς ἐπικειμένης νόσου· 2. ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ μονογενοῦς σου θεραπευθήτωσαν, γενέσθω αὐτοῖς φάρμακον τὸ ἅγιον αὐτοῦ ὄνομα εἰς ὑγείαν καὶ ὀλοκληρίαν, ὅτι δι’ αὐτοῦ σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἐν ἁγίῳ πνεύματι καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν <αἰ>ώνων, ἀμήν.

θ΄.

15

Εὐχὴ ὑπὲρ καρποφορίας.

1. Οὐρανοῦ καὶ γῆς δημιουργέ, ὁ τὸν οὐρανὸν διὰ τοῦ χοροῦ τῶν ἀστέρων στεφανώσας καὶ διὰ τῶν φωστῆρων λαμπρύνας, ὁ τὴν γῆν τοῖς καρποῖς τιμήσας πρὸς ὠφέλειαν τῶν ἀνθρώπων, ὁ χαρισάμενος τῷ γένει τῷ ὑπὸ σοῦ πεπλασμένῳ ἄνωθεν μὲν
20 ἀπολαύειν τῆς ἀγῆς καὶ τοῦ φωτὸς τῶν φωστῆρων, κάτωθεν δὲ τρέφεσθαι ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς· 2. δεόμεθα, χάρισαι τοὺς ὑετοὺς πληρεστάτους καὶ γονιμοτάτους, ποιήσον δὲ καὶ τὴν γῆν καρποφορῆσαι καὶ πολλὴν ἐνέγκαι εὐφορίαν ἕνεκεν „τῆς“ σῆς „φιλανθρωπίας καὶ χρησιμότητος“· 3. μνήσθητι τῶν σὲ ἐπικαλουμένων,
25 τίμησον τὴν ἁγίαν σου καὶ μόνην καθολικὴν ἐκκλησίαν καὶ εἰσάκουσον τῶν παρακλήσεων καὶ τῶν προσευχῶν ἡμῶν καὶ εἰλόγησον τὴν γῆν πᾶσαν διὰ τοῦ μονογενοῦς σου Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι’ οὗ σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἐν ἁγίῳ πνεύματι καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

2 Luc. 4, 39. — 3 Ps. 113, 9. — 23 Tit. 3, 4.

1 βοήθησον B : βοήθησαι A W | 14 ἀμήν : + πᾶσαι αὐταὶ εὐχαὶ ἐπιτελοῦνται πρὸ τῆς εὐχῆς τοῦ προσφόρου A | 19 χαρισάμενος . . . πεπλασμένῳ B : χρησάμενος . . . πεπαλαιωμένῳ A W

ciliat et mitigat propter propriam humanitatem: 2. propitiare, Domine; auxiliare et medere omnibus aegrotis, *impera* morbis, erige iacentes; *da gloriam nomini tuo* sancto per unigenitum tuum Iesum Christum, per quem tibi gloria et potestas in sancto spiritu et nunc et in omnia saecula saeculorum, amen.

5

VIII (XXX).

Benedictio aegrotorum.

1. Domine Deus misericordiarum, extende manum tuam et largire, ut curentur omnes aegroti; largire, ut sanitate digni fiant, eripe eos a morbo instanti; 2. in nomine unigeniti tui curentur, fiat eis remedium nomen eius sanctum in sanitatem et integritatem, 10 quoniam per eum tibi gloria et imperium in sancto spiritu et nunc et in omnia saecula saeculorum, amen.

IX (XXIII).

Oratio pro fertilitate.

1. Caeli et terrae creator, qui caelum choro stellarum coronasti et luminaribus illustrasti, qui terram fructibus honorasti ad 15 utilitatem hominum, qui largitus es generi a te creato desuper frui splendore ac lumine luminarium, ab imo nutriri ex fructibus terrae; 2. oramus, largire pluvias plenissimas ac feracissimas, fac etiam terram fructum ferre et multam fertilitatem exhibere propter tuam *humanitatem et benignitatem*; 3. recordare eorum, qui te in- 20 vocant; honora sanctam tuam et unicam catholicam ecclesiam et exaudi preces et orationes nostras et benedic terram universam per unigenitum tuum Iesum Christum, per quem tibi gloria et imperium in sancto spiritu et nunc et in omnia saecula saeculorum, amen.

25

orationi Constitutionum apost. pro energumenis respondere, quatenus ambae orationem pro catechumenis sequuntur.

VII, 2. ἴασαι . . . τοὺς νοσοῦντας . . . ἀνάστησον τοὺς κατακειμένους] Liturgia S. Marci, Brightman l. c. p. 126,

26—30: τοὺς νοσοῦντας . . . ἴασαι . . . τοὺς ἐν μακροῖς ἀρρωστήμασι προκατακειμένους ἐξανάστησον.

IX, 3. ἀγλαν — ἐκκλησίαν] Similiter Alexander Al. apud Theodor. H. E. I, 4, 53; Lit. Marci, Brightman p. 126.

ι'.

Εὐχὴ περὶ τῆς ἐκκλησίας.

1. „Κύριε θεὸ τῶν αἰώνων, θεὸ τῶν“ λογικῶν „πνευμάτων“, θεὸ ψυχῶν καθαρῶν καὶ πάντων τῶν γνησίως σε καὶ καθαρῶς ἐπικαλουμένων, ὁ ἐν οὐρανῷ φαινόμενος καὶ γινωσκόμενος τοῖς
 5 καθαρῶς πνεύμασιν, ὁ ἐπὶ γῆς ὑμνούμενος καὶ κατοικῶν ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ, ὑπὸ ἀγγέλων ἁγίων λειτουργούμενος καὶ καθαρῶν ψυχῶν, ὁ ποιήσας καὶ ἐξ οὐρανῶν χορὸν ζῶντα εἰς δόξαν καὶ αἶνον τῆς ἀληθείας· 2. δὸς τὴν ἐκκλησίαν ταύτην ζῶσαν καὶ καθαρὰν ἐκκλησίαν εἶναι, δὸς αὐτὴν ἔχειν θείας δυνάμεις καὶ
 10 καθαροὺς ἀγγέλους λειτουργοὺς, ἵνα δυνηθῇ καθαρῶς ὑμνεῖν σε. 3. παρακαλοῦμεν ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων τῆς ἐκκλησίας ταύτης· πᾶσιν καταλλάγηθι, πᾶσιν συγχώρησον, πᾶσιν ἄφεσιν ἁμαρτημάτων δός· χάρισαι μηκέτι μηδὲν ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ γενοῦ τείχος αὐτοῖς καὶ κατάργησον πάντα πειρασμόν· 4. ἐλέησον ἄνδρας καὶ
 15 γυναῖκας καὶ παιδιά καὶ φάνηθι ἐν πᾶσιν, καὶ „γραφῆτω“ σου ἡ γνώσις „ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν“ διὰ τοῦ μονογενοῦς σου Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἐν ἁγίῳ πνεύματι καὶ νῦν καὶ εἰς τοῦς σύμπαντας αἰώνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ια'.

Εὐχὴ ὑπὲρ ἐπισκόπου καὶ τῆς ἐκκλησίας.

20 1. Σὲ τὸν σωτήρα καὶ κύριον ἐπικαλούμεθα, τὸν „θεὸν πάσης σαρκὸς καὶ“ κύριον παντὸς „πνεύματος“, τὸν εὐλογητὸν καὶ χορηγὸν πάσης εὐλογίας· ἁγιάσον τὸν ἐπίσκοπον τόνδε καὶ διατήρησον αὐτὸν ἔξω παντὸς πειρασμοῦ καὶ δὸς αὐτῷ σοφίαν καὶ γνώσιν, εὐόδωσον αὐτὸν ἐν ταῖς σαῖς ἐπιστήμαις. 2. παρακαλοῦμεν δὲ καὶ
 25 ὑπὲρ τῶν συμπρεσβυτέρων· ἁγιάσον αὐτούς, σοφίαν αὐτοῖς δὸς καὶ γνώσιν καὶ ὀρθὴν διδασκαλίαν, ποιήσον αὐτούς πρεσβεύειν τὰς ἀγίας σου διδασκαλίας ὀρθῶς καὶ ἀμέμπτως. 3. ἁγιάσον δὲ καὶ <τοὺς> διακόνους, ἵνα ᾧσιν „καθαροὶ καρδίᾳ“ καὶ σώματι καὶ δυνηθῶσιν „καθαρᾶ συνειδήσει“ λειτουργεῖν καὶ παραστήναι τῷ ἁγίῳ σώματι
 30 καὶ τῷ ἁγίῳ αἵματι. 4. παρακαλοῦμεν δὲ ὑπὲρ τῶν ὑποδιακόνων

2 Sir. 36, 17; Num. 16, 22. — 15 Hebr. 8, 10. — 20 Num. 16, 22. — 28 Mt. 5, 8. — 29 I Tim. 3, 9; II Tim. I, 3.

X (XXIV).

Oratio pro ecclesia.

1. *Domine Deus saeculorum, Deus spirituum* rationabilium, Deus animarum mundarum et omnium sincere ac munde te invocantium, qui in caelo appares et cognosceris a spiritibus mundis, qui in terra hymnis celebraris et habitas in catholica ecclesia, ab angelis sanctis et animabus mundis ministraris, qui fecisti etiam e caelis chorum vivum in gloriam ac laudem veritatis: 2. da, ut haec ecclesia viva ac munda ecclesia sit; da, ut habeat divinas virtutes et mundos angelos ministratorios, ut munde possit te hymnis celebrare. 3. Deprecamur pro omnibus hominibus huius ecclesiae: omnibus reconciliare, omnibus ignosce, omnibus da remissionem peccatorum; largire, ne amplius quid peccent, sed esto eis murus ac destrue omnem tentationem; 4. miserere virorum et feminarum et puerorum et manifestare in omnibus; et *scribatur in cordibus eorum* cognitio tui per unigenitum tuum Iesum Christum, per quem tibi gloria et imperium in sancto spiritu et nunc et in omnia saecula saeculorum, amen.

XI (XXV).

Oratio pro episcopo et ecclesia.

1. Te salvatorem et dominum invocamus, *Deum omnis carnis et dominum omnis spiritus*, benedictum et largitorem omnis benedictionis: sanctifica hunc episcopum et conserva eum extra omnem tentationem et da ei sapientiam et cognitionem, fac eum bene procedere in scientiis tuis. 2. Deprecamur autem etiam pro presbyteris: sanctifica eos, da eis sapientiam et cognitionem et rectam doctrinam; fac eos dispensare sanctas tuas doctrinas recte et immaculate. 3. Sanctifica vero et diaconos, ut sint *mundi corde et corpore* et possint *munda conscientia* ministrare et adstare sancto corpori et sancto sanguini. 4. Deprecamur autem pro subdiaconis

X, 2. ἐκκλησίαν ζῶσαν] Similiter XIII, 13; II Clem. 14, 2.

XI, 1—2. Cum in hac particula oratio fiat pro hoc episcopo et pro com-

presbyteris, colligendum esse videtur, presbyterum orationem pronuntiasse.

4. ἐκμητέων] sc. γλώσσης εἰς γλώσσων ἢ ἐν ταῖς ἀναγνώσεσιν ἢ ἐν ταῖς

καὶ ἀναγνωστῶν καὶ ἐρμηνέων· πάντας τοὺς τῆς ἐκκλησίας
 <λειτουργοὺς> ἀνάπαντον καὶ πᾶσιν „δὸς ἔλεος“ καὶ οἰκτιρομὸν
 καὶ προκοπὴν. 5. δεόμεθα ὑπὲρ τῶν μοναζόντων καὶ ὑπὲρ τῶν
 παρθενευουσῶν· „τελεσάτωσαν τὸν δρόμον“ ἑαυτῶν ἀμέμπτως
 5 καὶ τὸν βίον ἑαυτῶν ἀδιαλείπτως, ἵνα δυναθῶσιν ἐν καθαρότητι
 διατρίψαι καὶ ἀγιότητι „τὰς ἡμέρας ἑαυτῶν πάσας“. 6. ἐλέησον
 δὲ καὶ τοὺς γεγαμηκότας πάντας, τοὺς ἄνδρας καὶ τὰ γυναῖκα καὶ
 τὰ παιδιά, καὶ δὸς πᾶσιν εὐλογίαν προκοπῆς καὶ βελτιώσεως, ἵνα
 πάντες γένωνται ζῶντες καὶ ἐκλεκτοὶ ἄνθρωποι διὰ τοῦ μονο-
 10 γενοῦς σου Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἐν
 ἀγίῳ πνεύματι καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ιβ'.

Εὐχὴ γονυκλισίας.

1. Πάτερ τοῦ μονογενοῦς, ἀγαθὲ καὶ „οἰκτίρομον, ἐλεῆμον“
 καὶ φιλόφρονε καὶ „φιλόψυχε“, εὐεργέτα πάντων τῶν ἐπὶ σὲ
 15 ἐπιστρεφόντων, δέχου τὴν παράκλησιν ταύτην καὶ δὸς ἡμῖν γινῶσιν
 καὶ πίστιν καὶ εὐσέβειαν καὶ ὁσιότητα. 2. κατάργησον πᾶν πάθος,
 πᾶσαν ἡδονήν, πᾶσαν ἁμαρτίαν ἀπὸ τοῦ λαοῦ τούτου· ποιήσον
 πάντας γενέσθαι καθαρούς· συγχώρησον πᾶσιν τὰ πλημμελήματα.
 3. σοὶ γὰρ τῷ ἀγενήτῳ πατρὶ διὰ τοῦ μονογενοῦς κλίνομεν τὸ
 20 γόνυ, δὸς ἡμῖν νοῦν ὄσιον καὶ τελείαν ὠφέλειαν, δὸς ἡμᾶς σὲ
 ζητεῖν καὶ ἀγαπᾶν, δὸς ἡμῖν ἐρευνᾶν καὶ ἐκζητεῖν τὰ θεῖα σου
 λόγια, δὸς ἡμῖν χεῖρα, δέσποτα, καὶ ἀνάστησον ἡμᾶς· 4. ἀνάστησον,
 ὁ θεὸς τῶν οἰκτιρομῶν, ποιήσον ἀναβλέπειν· ἀνακάλυπον ἡμῶν τοὺς
 ὀφθαλμούς, παρησίαν ἡμῖν χάρισαι, μὴ ἐπιτρέψῃς ἡμᾶς αἰσχύ-
 25 νεσθαι, μηδὲ δυσωπεῖσθαι μηδὲ καταγινώσκειν ἑαυτῶν· 5. „ἐξ-
 ἄλειψον τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον, γράφον ἡμῶν τὰ ὀνόματα
 ἐν βίβλῳ ζωῆς“, συναρίθμησον ἡμᾶς „τοῖς ἁγίοις σου προφήταις
 καὶ ἀποστόλοις“ διὰ τοῦ μονογενοῦς σου Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ

2 II Tim. 1, 16. — 6 Luc. 1, 75. — 13 Ps. 85, 15. — 14 Sap. 11, 27. —
 25 Col. 2, 14. — 26 Phil. 4, 3; Apoc. 13, 8. — 27 Eph. 3, 5.

2 λειτουργοὺς W | 4 παρθενουσῶν B : παρθερθενευουσῶν A, παρθέ-
 ρων εὐ οὐσῶν W | 24 ἐπιστρέψῃς A

προσομιλίαις, ut Epiphanius Expos. fid.
 20 (21) accuratius dicit, ergo eorum,
 qui lectiones sacras et homilias eis inter-

pretabantur, qui linguam legentis vel
 exhortantis non intellegebant.

5. μοναζόντων] Hanc vocem praeter

et lectoribus et interpretibus: omnes ecclesiae ministros recrea et omnibus *da benignitatem* et misericordiam et profectum. 5. Oramus pro eis, qui solitariam vitam agunt, et pro eis, quae virginitatem colunt: *perficiant cursum* suum immaculate et vitam suam sine intermissione, ut possint in puritate et sanctitate terere *omnes dies suos*. 6. Miserere etiam omnium matrimonio coniunctorum, virorum et feminarum et puerorum, et da omnibus benedictionem profectus et emendationis, ut omnes fiant vivi et electi homines per unigenitum tuum Iesum Christum, per quem tibi gloria et imperium in sancto spiritu et nunc et in omnia saecula saeculorum, amen.

XII (XXVI).

Oratio genuflexionis.

1. Pater unigeniti, bone et *misericors, benigne* et amans hominum et *amans animarum*, benefice in omnes ad te se convertentes: suscipe hanc deprecationem et da nobis cognitionem et fidem et pietatem et sanctitatem. 2. Destruere omnem passionem, omnem voluptatem, omne peccatum ab hoc populo; fac, ut omnes mundi fiant; ignosce omnibus delicta. 3. Tibi enim increato patri per unigenitum flectimus genu, da nobis mentem sanctam et utilitatem perfectam, da nobis te quaerere et amare, da nobis scrutari et inquirere verba tua divina, da nobis manum, Domine, et erige nos; 4. erige, Deus misericordiarum: fac, ut suspiciamus; revela oculos nostros, confidentiam nobis largire, ne permittas nos erubescere nec verecundari nec nos condemnare: 5. *dele quod adversus nos erat chirographum, scribe nomina nostra in libro vitae*, connumera nos *sanctis tuis prophetis et apostolis* per unigenitum

Serapionem Athanasius primo adhibere videtur, Apol. ad imp. Constant. c. 28.

XII. Haec oratio ostendere videtur, populum stetisse, dum orationes praecedentes recitabantur. In Constitutionibus apost. VIII, 6—11 catechumeni et fideles, haud dubie etiam energumeni, baptizandi et paenitentes genuflectunt,

dum pro eis orationes fiunt; deinde autem surgunt et accipiunt benedictionem episcopi, catechumeni, energumeni, baptizandi et paenitentes capite inclinato. Scriptura nostra hic addit orationem, quae sola genibus flexibus pronuntiari et huic habitui nomen debere videtur.

σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἐν ἁγίῳ πνεύματι καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς
σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ιγ'.

Εὐχὴ προσφόρου Σαραπίωνος ἐπισκόπου.

1. Ἄξιον καὶ δίκαιόν ἐστιν σὲ τὸν ἀγέννητον πατέρα τοῦ μονο-
5 γενοῦς Ἰησοῦ Χριστοῦ αἰνεῖν ὑμνεῖν δοξολογεῖν. 2. αἰνοῦμεν σέ,
ἀγέννητε θεέ, ἀνεξιχνίαστε, ἀνεκφραστε, ἀκατανόητε πάση γεννητῇ
ὑποστάσει. 3. αἰνοῦμεν σὲ τὸν „γινωσκόμενον“ ὑπὸ τοῦ υἱοῦ
τοῦ μονογενοῦς, τὸν δι' αὐτοῦ λαληθέντα καὶ ἐρμηνευθέντα καὶ
γνωσθέντα τῇ γεννητῇ φύσει. 4. αἰνοῦμεν σὲ τὸν „γινώσκοντα
10 τὸν υἱὸν καὶ ἀποκαλύπτοντα“ τοῖς ἁγίοις τὰς περὶ αὐτοῦ δόξας·
τὸν γινωσκόμενον ὑπὸ τοῦ γεγεννημένου σου λόγου καὶ ὁρώμενον
καὶ διερμηνευόμενον τοῖς ἁγίοις. 5. αἰνοῦμεν σέ, πάτερ ἀόρατε,
χορηγὲ τῆς ἀθανασίας· σὺ εἶ ἡ „πηγὴ τῆς ζωῆς“, ἡ πηγὴ τοῦ
φωτός, ἡ πηγὴ πάσης „χάριτος καὶ“ πάσης „ἀληθείας“, φιλόανθρωπε
15 καὶ φιλόπτωχε, ὁ πᾶσιν καταλλασσόμενος καὶ „πάντας πρὸς ἑαυ-
τὸν“ διὰ τῆς ἐπιδημίας τοῦ ἀγαπητοῦ σου υἱοῦ „ἔλκων“. 6. θεό-
μεθα, ποιήσον ἡμᾶς ζῶντας ἀνθρώπους· δὸς ἡμῖν πνεῦμα φωτός,
„ἵνα γνῶμεν σὲ τὸν ἀληθινὸν καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν“·
δὸς ἡμῖν πνεῦμα ἅγιον, ἵνα δυνηθῶμεν ἐξειπεῖν καὶ διηγῆσασθαι
20 τὰ ἄρρητά σου μυστήρια. 7. λαλησάτω ἐν ἡμῖν ὁ κύριος Ἰησοῦς
καὶ ἅγιον πνεῦμα καὶ ὑμνησάτω σὲ δι' ἡμῶν. 8. σὺ γὰρ ὁ „ὑπεράνω
πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυ(νά)μεως καὶ κυριότητος καὶ παντὸς
ὀνόματος ὀνομαζομένου οὐ μόνον ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ καὶ
ἐν τῷ μέλλοντι“. 9. „σοὶ παραστήκουσι χίλια χιλιάδες καὶ μύρια
25 μυριάδες“ ἀγγέλων ἀρχαγγέλων „θρόνων κυριοτήτων ἀρχῶν

7 Luc. 10, 22; Mt. 11, 27; 16, 17. — 13 Ier. 2, 13. — 14 Ioann. 1, 14. —
15 Ioann. 12, 32. — 18 Ioann. 17, 3. — 21 Eph. 1, 21. — 24 Dan. 7, 10. —
25 Col. 1, 16.

24 παραστήσουσι A

XIII. Cf. Constit. ap. VIII, 12, 6—
13, 10.

Inscr. προσφόρου] Infra v. 19
eadem forma repetitur. Symmachus

vel glossator, ut Drews l. c. p. 306
adnotavit, vertit vocabulum ΠΠΠ Ies.
57, 6 πρόσφορον (cf. Orig. Hexapla
ed. Field II, 542), cum LXX θυσίαι

tuum Iesum Christum, per quem tibi gloria et imperium in sancto spiritu et nunc et in omnia saecula saeculorum, amen.

XIII (1).

Oratio oblationis Serapionis episcopi.

1. Dignum et iustum est, te increatum patrem unigeniti Iesu Christi laudare, hymnis celebrare, glorificare. 2. Laudamus te, 5
Deus increate, investigabilis, inenarrabilis, incomprehensibilis omni naturae creatae. 3. Laudamus te, qui *cognosceris* a filio unigenito, qui per eum annuntiatus et expositus et manifestatus es naturae creatae. 4. Laudamus te, qui *cognoscis filium et revelas* sanctis glorias ad eum attinentes; qui cognosceris a genito tuo verbo et 10
videris et explicaris sanctis. 5. Laudamus te, pater invisibilis, largitor immortalitatis. Tu es *fons vitae*, fons luminis, fons omnis *gratiae et omnis veritatis*, amans hominum et amans pauperum, qui omnibus reconciliaris et *omnes ad te trahis* per visitationem filii tui dilecti. 6. Oramus: fac nos homines vivos, da nobis 15
spiritum luminis, ut *cognoscamus te verum et quem misisti Iesum Christum*; da nobis spiritum sanctum, ut possimus enarrare et exponere ineffabilia tua mysteria. 7. Loquatur in nobis Dominus Iesus et sanctus spiritus et hymnis per nos te celebret. 8. Tu enim es, qui est *supra omnem principatum et potestatem et virtutem* 20
et dominationem et omne nomen, quod nominatur non solum in hoc saeculo, sed etiam in futuro; 9. tibi assistunt mille milia et dena milia denum milium angelorum, archangelorum, thronorum, domi-

habeant. Alias ubique ἡ προσφορὰ legitur.

1. ἀγέννητον πατέρα] Similiter IV; V, 5; XII, 3; XVII, 1; XIX, 4; XXVII, 1. Constitutiones apost. VIII, 12, 6 et alias habent vocem ἀγέννητον.

9. τὰ δύο τιμιώτατα Σεραφείμ] Liturgiae reliquae omnes hoc loco de Cherubim et Seraphim loquuntur. Drews l. c. p. 308 putans voce δύο Seraphim et Cherubim indicari et respiciens Athanasium In illud Omnia mihi c. 6 scribentem: Χερουβίμ ἢ Σεραφίμ .. τὴν

δοξολογίαν προσφέρουσιν ... τὸ τρίτον τὰ τίμια ζῶα ταῦτα προσφέρειν τὴν δοξολογίαν ἅγιος ἅγιος ἅγιος λέγοντα, e Liturgia Marci post τιμιώτατα inseruit σου ζῶα, τὰ πολνόμματα Χερουβίμ καὶ τὰ Σ. Equidem textum non muto. Etiam Ies. 6, 3 δύο ζῶα intellegenda sunt, sed duo Seraphim, atque Origenes et Hieronymus locum illum revera ita interpretantur. Etiam Brightman textum traditum retinuit et in *The Journal of Th. St.* I, 277 defendit.

- ἔξουσιῶν“· σοὶ παραστήκουσιν τὰ δύο τιμιώτατα „Σεραφεῖμ“
ἕξαπτέρουγα, „δυσὶν μὲν πτέρυξιν καλύπτοντα τὸ πρόσωπον, δυσὶ δὲ
τοὺς πόδας, δυσὶ δὲ πετόμενα“ καὶ ἀγιάζοντα· 10. μεθ' ὧν δέξαι
καὶ τὸν ἡμέτερον ἀγιασμὸν λεγόντων· „Ἅγιος ἅγιος ἅγιος κύριος
5 Σαβαώθ, πλήρης“ ὁ οὐρανὸς καὶ „ἡ γῆ τῆς δόξης σου“. 11. πλήρης
ἐστὶν ὁ οὐρανός, „πλήρης ἐστὶν καὶ ἡ γῆ τῆς μεγαλοπρεποῦς σου
δόξης, κύριε τῶν δυνάμεων“· πλήρωσον καὶ τὴν θυσίαν ταύτην
τῆς σῆς δυνάμεως καὶ τῆς σῆς μεταλήψεως· σοὶ γὰρ προσηνέγ-
καμεν ταύτην τὴν „ζῶσαν θυσίαν“, τὴν προσφορὰν τὴν ἀναίμακτον.
10 12. σοὶ προσηνέγαμεν τὸν ἄρτον τοῦτον, τὸ ὁμοίωμα τοῦ σώ-
ματος τοῦ μονογενοῦς. ὁ ἄρτος οὗτος τοῦ ἁγίου σώματός ἐστιν
ὁμοίωμα, „ὅτι ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστός, ἐν ἧ νυκτὶ παρεδίδοτο,
ἔλαβεν ἄρτον καὶ ἔκλασεν καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς ἑαυτοῦ λέγων·
15 Λάβετε καὶ φάγετε, τοῦτό ἐστιν τὸ σῶμά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν
κλώμενον“ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. 13. διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς „τὸ
ὁμοίωμα τοῦ θανάτου“ ποιοῦντες τὸν ἄρτον προσηνέγαμεν, καὶ
παρακαλοῦμεν διὰ τῆς θυσίας ταύτης· καταλλάγηθι πᾶσιν ἡμῖν
καὶ ἰλάσθητι, „θεὲ τῆς ἀληθείας“· καὶ ὡς περ ὁ ἄρτος οὗτος
ἐσκορπισμένος ἦν ἐπάνω τῶν ὄρέων καὶ συναχθεὶς ἐγένετο εἰς
20 ἓν, οὕτω καὶ τὴν ἁγίαν σου ἐκκλησίαν σύναξον ἐκ πάντων ἔθνους
καὶ πάσης χώρας καὶ πάσης πόλεως καὶ κόμης καὶ οἴκου καὶ
ποιήσον μίαν ζῶσαν καθολικὴν ἐκκλησίαν. 14. προσηνέγαμεν δὲ
καὶ τὸ ποτήριον τὸ ὁμοίωμα τοῦ αἵματος, „ὅτι ὁ κύριος Ἰησοῦς
Χριστός λαβὼν ποτήριον μετὰ τὸ δειπνῆσαι ἔλεγεν“ τοῖς ἑαυτοῦ
25 μαθηταῖς· „Λάβετε πίετε, τοῦτό ἐστὶν ἡ καινὴ διαθήκη, ὅ ἐστιν
τὸ αἷμά μου τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτημάτων“.
διὰ τοῦτο προσηνέγαμεν καὶ ἡμεῖς τὸ ποτήριον ὁμοίωμα αἵματος
προσάγοντες. 15. ἐπιδημησάτω, „θεὲ τῆς ἀληθείας“, ὁ ἅγιός σου

1 Ies. 6, 2. 3. — 6 II Petr. 1, 17; Ps. 83, 1. — 9 Rom. 12, 1. —
12 I Cor. 11, 23. 24; Mt. 26, 26; Luc. 22, 19. — 15 Rom. 6, 5. — 18 Ps.
30, 6. — Didache 9, 4. — 23 I Cor. 11, 23—25; Mt. 26, 27. 28; Luc. 22, 20.
— 28 Ps. 30, 6.

18 τοῦτος A

10-11. Haec sectio in primis originem
aegyptiacam manifestat. Trisagion eo-
dem ambitu Liturgiae S. Marci atque
Iacobitarum coptitarum et abessynio-
rum exhibent; reliquae post δόξης σου

(vel αὐτοῦ) nonnulla addunt. Deinde
illae tres liturgiae tantum post Trisagi-
on pergunt: πλήρης κτλ. et versum
πλήρωσον καὶ κτλ. continent; reliquae
excipiunt vocem ἅγιος. Liturgia S.

nationum, principatuum, potestatum; tibi assistunt duo honoratissimi Seraphim senis alis praediti, binis alis velantes faciem, binis pedes, binis volantes et sanctificantes; 10. cum quibus suscipe etiam nostram sanctificationem dicentium: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth; plenum est caelum et terra gloria tua. 11. Plenum est caelum, plena est et terra gloria tua magnifica, Domine virtutum; imple etiam hoc sacrificium virtute tua et communicatione tua. Tibi enim obtulimus hoc sacrificium vivum, oblationem incruentam. 12. Tibi obtulimus hunc panem, similitudinem corporis unigeniti. Hic panis sancti corporis est similitudo, quoniam Dominus Iesus Christus, in qua nocte tradebatur, accepit panem ac fregit deditque discipulis suis dicens: Accipite et manducate, hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum. 13. Propterea et nos similitudinem mortis celebrantes panem obtulimus, et deprecamur: per hoc sacrificium reconciliare nobis omnibus et propitiare, Deus veritatis; et sicut hic panis dispersus erat supra montes et collectus factus est in unum, ita et ecclesiam tuam sanctam collige ex omni gente et omni terra et omni urbe et vico et domo et redde unam vivam catholicam ecclesiam. 14. Obtulimus etiam calicem, similitudinem sanguinis, quoniam Dominus Iesus Christus accepit calicem, postquam cenavit, et dixit discipulis suis: Accipite, bibite, hoc est novum testamentum, quod est sanguis meus, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum. Propterea obtulimus etiam nos calicem similitudinem sanguinis adhibentes. 15. Adveniat, Deus veritatis, sanctum tuum verbum

Marci postquam Trisagion angelorum protulit, perguit: πάντοτε μὲν πάντα σε ἀγιάζει, ἀλλὰ καὶ μετὰ πάντων τῶν σε ἀγιαζόντων δέξαι, δέσποτα κύριε, καὶ τὸν ἡμέτερον ἀγιασμὸν σὺν αὐτοῖς ἐννοούντων καὶ λεγόντων· Ἅγιος ἅγιος ἅγιος κύριος Σαβαώθ, πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς ἀγίας σου δόξης. πλήρης γὰρ ἐστὶν ὡς ἀληθῶς ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς ἀγίας σου δόξης διὰ τῆς ἐπιφανείας τοῦ κυρίου καὶ θεοῦ καὶ σωτήρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· πλήρωσον ὁ θεὸς καὶ ταύτην τὴν θυσίαν

τῆς παρὰ σοῦ εὐλογίας διὰ τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ παναγίου σου πνεύματος. Verba litteris distentis expressa etiam apud Serapionem leguntur.

15. Epiclesis. — ἐπιδημησάτω ὁ ἅγιός σου λόγος] Similiter infra in benedictione aquarum c. 19, 1—2: καὶ πλήρωσον αὐτὰ πνεύματος ἁγίου. ὁ ἄρρητός σου λόγος ἐν αὐτοῖς γενέσθω κτλ. Irenaeus Adv. haer. V, 2, 3: τὸ κεκραμένον ποτήριον καὶ ὁ γεγωνῶς ἄρτος ἐπιδέχεται τὸν λόγον τοῦ θεοῦ καὶ γίνεται ἡ εὐχαριστία σῶμα Χριστοῦ, IV, 18, 5: ἄρτος προσλαμβανόμενος τὴν ἐπίκλησιν τοῦ θεοῦ (de

λόγος ἐπὶ τὸν ἄρτον τοῦτον, ἵνα γένηται ὁ ἄρτος σῶμα τοῦ λόγου, καὶ ἐπὶ τὸ ποτήριον τοῦτο, ἵνα γένηται τὸ ποτήριον αἷμα τῆς ἀληθείας. καὶ ποιήσον πάντας τοὺς κοινωνοῦντας φάρμακον ζωῆς λαβεῖν εἰς θεραπείαν παντὸς νοσήματος καὶ εἰς ἐνδυνάμωσιν
 5 πάσης προκοπῆς καὶ ἀρετῆς, μὴ εἰς κατάκρισιν, „θεὸς τῆς ἀληθείας“, μηδὲ εἰς ἔλεγχον καὶ ὄνειδος. 16. σὲ γὰρ τὸν ἀγένητον ἐπεκαλεσάμεθα διὰ τοῦ μονογενοῦς ἐν ἀγίῳ πνεύματι· ἔλεθητόω ὁ λαὸς οὗτος, προκοπῆς ἀξιοθήτω, ἀποσταλήτωσαν ἄγγελοι συμπαρόντες τῷ λαῷ εἰς κατάργησιν τοῦ πονηροῦ καὶ εἰς βεβαίωσιν
 10 τῆς ἐκκλησίας. 17. παρακαλοῦμεν δὲ καὶ ὑπὲρ πάντων τῶν κοιμημένων, ὧν ἔστιν καὶ ἡ ἀνάμνησις. 18. μετὰ τὴν ὑποβολὴν τῶν ὀνομάτων· ἀγίασον τὰς ψυχὰς ταύτας, σὺ γὰρ πάσας γινώσκεις· ἀγίασον πάσας τὰς „ἐν κυρίῳ“ κοιμηθείσας καὶ συγκαταρίθμησον πάσαις ταῖς ἀγίαις σου δυνάμεσιν καὶ δὸς αὐτοῖς „τόπον καὶ
 15 μονήν“ ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. 19. δέξαι δὲ καὶ τὴν εὐχαριστίαν τοῦ λαοῦ καὶ εὐλόγησον τοὺς προσενεγκόντας τὰ πρόσφορα καὶ τὰς εὐχαριστίας καὶ χάρισαι ὑγίαν καὶ ὀλοκληρίαν καὶ εὐθυμίαν καὶ πᾶσαν προκοπὴν ψυχῆς καὶ σώματος ὅλων τῷ λαῷ τούτῳ διὰ τοῦ μονογενοῦς σου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν ἀγίῳ πνεύματι, ὥσπερ ἦν
 20 καὶ ἔστιν καὶ ἔσται εἰς γενεὰς γενεῶν καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ιδ'.

Μετὰ τὴν εὐχὴν ἡ κλύσις καὶ ἐν τῇ κλάσει εὐχή.

1. Καταξίωσον ἡμᾶς τῆς κοινωνίας καὶ ταύτης, „θεὸς τῆς ἀληθείας“, καὶ ποιήσον τὰ σώματα ἡμῶν χωρῆσαι ἀγνεΐαν καὶ

5 I Cor. 11, 34. — Ps. 30, 6. — 13 Apoc. 14, 13. — 14 Ioann. 14, 2. — 23 Ps. 30, 6.

lectione ἐπίκλησιν pro vulgata ἐκκλησιν cf. C. Holl, *Fragmente vornicänischer Kirchenväter* 1899 p. 61); Athanasius (?) in sermone ad baptizandos ab Eutychio laudato (A. Mai, *Script. vet. nova collectio* IX, 625): ἐπὶ τὸν ἀρτὸν καὶ τὸ ποτήριον καὶ γίνεται αὐτοῦ τὸ σῶμα. Constitutiones ap. VIII, 12, 39 et omnes aliae liturgiae

de spiritu sancto loquuntur, etiam Petrus II Alex. de sancto altari dicens, ἐνθα καθόδοι τοῦ ἀγίου πνεύματος ἐπικαλούμεθα (Theodor. H. E. IV, 22, 7), et Theophilus Al. Ep. pasch. a. 402 c. 13 (inter Hieron. epp. ep. 98, Migne, PL 22, 801) scribens: panem dominicum et sacrum calicem per invocationem et adventum sancti spiritus sanctificari. — φάρμακον ζωῆς] Cf. Ignat. Eph. 20, 2.

super hunc panem, ut panis fiat corpus verbi, et super hunc calicem, ut calix fiat sanguis veritatis. Et fac, ut omnes communicantes remedium vitae accipiant ad curandum omnem morbum et ad confortandum omnem profectum ac virtutem, non in condemnationem, *Deus veritatis*, neque in contumeliam et opprobrium. 5
 16. Te enim increatum invocavimus per unigenitum in sancto spiritu: misericordiam consequatur hic populus, profectu dignus fiat, mittantur angeli adesse populo in destructionem mali et in confirmationem ecclesiae. 17. Deprecamur etiam pro omnibus defunctis, quorum est et commemoratio. 18. Post enuntiationem 10
 nominum: Sanctifica has animas; tu enim omnes cognoscis; sanctifica omnes *in Domino* defunctas et connumera omnibus tuis sanctis virtutibus et da eis *locum et mansionem* in regno tuo. 19. Suscipe etiam gratiarum actionem populi et benedic eos, qui obtulerunt oblationes et gratiarum actiones, et largire sanitatem et integri- 15
 tatem et laetitiam et omnem profectum animae et corporis cuncto huic populo per unigenitum tuum Iesum Christum in sancto spiritu, sicut erat et est et erit in generationes generationum et in omnia saecula saeculorum, amen.

XIV (II).

Post orationem fractio et in fractione oratio.

20

1. Dignare nos et huius communionis, *Deus veritatis*, et fac, ut corpora nostra capiant castitatem et animae intelligentiam et

17—18. Commemoratio mortuorum ergo in scriptura nostra locum post Epiclesin vel Consecrationem habet, cum in Liturgia Marci media in Intercessionem magna, quae ipsa in Praefatione inserta est, proferatur. Cf. Brightman, *Liturgies* I, 129.

18. μετὰ τὴν ὑποβολὴν τ. ὁ.] Haec verba rubricam efficiunt, quare ea literis minoribus exprimo.

19. Similiter Liturgia Marci has preces precibus pro mortuis adiungit. Cf. Brightman l. c. — ὡσπερ ἦν κτλ.] Eandem Anaphorae clausulam et qui-

dem a populo enuntiatam exhibent Constitutiones eccl. aegypt. II, 24, Liturgiae Marci, Iacobitarum coptitarum abessiniorum et syrorum. Cf. Brightman l. c. p. 96, 134, 180, 233. Loci laudati etiam soli esse videntur, in quibus formula plenior εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας scripturae nostrae servata est, cum alias ubique in Liturgiis orientalibus formula brevior εἰς τοὺς αἰῶνας occurrat.

XIV. Orationem fractionis exhibent Liturgiae Iacobitarum syrorum, coptitarum et aethiopum, seu solam, ut

τὰς ψυχὰς φρόνησιν καὶ γινώσκιν· 2. καὶ σόμισον ἡμᾶς, θεὲ τῶν οἰκτιρισμῶν, διὰ τῆς μεταλήψεως τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος, ὅτι διὰ τοῦ μονογενοῦς σοὶ ἢ δόξα καὶ τὸ κράτος ἐν ἁγίῳ πνεύματι καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ιε'.

5 Μετὰ τὸ διαδοῦναι τὴν κλάσιν τοῖς κληρικοῖς χειροθεσίᾳ λαοῦ.

1. Ἐκτείνω τὴν χεῖρα ἐπὶ τὸν λαὸν τοῦτον καὶ δέομαι ἐκταθῆναι τὴν τῆς ἀληθείας χεῖρα καὶ δοθῆναι εὐλογίαν τῇ λαῷ τούτῳ διὰ τὴν σὴν φιλανθρωπίαν, θεὲ τῶν οἰκτιρισμῶν, καὶ τὰ μυστήρια τὰ παρόντα· 2. χεῖρ εὐλαβείας καὶ δυνάμεως καὶ σωφρο-
10 νισμοῦ καὶ καθαρότητος καὶ πάσης ὁσιότητος εὐλογησάτω τὸν λαὸν τοῦτον καὶ διατηρησάτω εἰς προκοπὴν καὶ βελτίωσιν διὰ τοῦ μονογενοῦς σου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν ἁγίῳ πνεύματι καὶ νῦν καὶ εἰς <τοὺς> σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ις'.

Μετὰ τὴν διά<δο>σιν τοῦ λαοῦ εὐχή.

15 1. Εὐχαριστοῦμέν σοι, δέσποτα, ὅτι ἐσφαλμένους ἐκάλεσας καὶ ἡμαρτηκότας προσεποιήσω καὶ ὑπερτέθεισαι τὴν καθ' ἡμῶν ἀπειλὴν φιλανθρωπία τῇ σῇ συγχωρήσας καὶ τῇ μετανοίᾳ ἀπαλείψας καὶ τῇ πρὸς σὲ γνώσει ἀποβαλὼν. 2. εὐχαριστοῦμέν σοι, ὅτι δέδωκας ἡμῖν „κοινωνίαν σώματος καὶ αἵματος“. 3. εὐλό-
20 γησον ἡμᾶς, εὐλόγησον τὸν λαὸν τοῦτον, ποιήσον ἡμᾶς μέρος ἔχειν μετὰ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος διὰ τοῦ μονογενοῦς<ς> σου υἱοῦ, δι' οὗ σοὶ ἢ δόξα καὶ τὸ κράτος ἐν ἁγίῳ πνεύματι καὶ νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ις'.

Εὐχὴ περὶ τῶν προσφερομένων ἐλαίων καὶ ὑδάτων.

25 1. Εὐλογοῦμεν διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ μονογενοῦς σου Ἰησοῦ Χριστοῦ τὰ κτίσμα<τα> ταῦτα, τὸ ὄνομα τοῦ παθόντος ὀνομάζομεν

19 I Cor. 10, 16.

scriptura nostra, seu tanquam proe-
mium Orationis dominicae vel huic
orationi adiunctam. Cf. Brightman,
Liturgies I, 97, 181, 191, 234. Consti-
tutiones apost. orationem non habent.

XV. Inscr. Secundum haec verba
communio clericorum a communione
populi distenta fuisse videtur, cum alias
illa hanc sane praecedat, sed partem
tantum communionis generalis efficiat

cognitionem; 2. et sapientes nos redde, Deus misericordiarum, perceptione corporis et sanguinis, quoniam per unigenitum tibi gloria et imperium in sancto spiritu et nunc et in omnia saecula saeculorum, amen.

XV (III).

Post fractionem clericis distributam benedictio populi. 5

1. Extendo manum super hunc populum et oro, ut extendatur manus veritatis et detur benedictio huic populo propter humanitatem tuam, Deus misericordiarum, et mysteria praesentia: 2. manus prudentiae et virtutis et castitatis et puritatis et omnis sanctitatis benedicat hunc populum ac conservet in profectum et 10 emendationem per unigenitum tuum Iesum Christum in sancto spiritu et nunc et in omnia saecula saeculorum, amen.

XVI (IV).

Post communionem populi oratio.

1. Gratias tibi agimus, Domine, quod vocasti eos, qui lapsi erant, et adquisisti eos, qui peccaverant, et deposuisti minas, quae 15 fuerunt adversus nos, humanitate tua ignoscens et paenitentia delens et cognitione ad te attinente deiciens. 2. Gratias tibi agimus, quod dedisti nobis *communionem corporis et sanguinis*. 3. Benedic nos, benedic hunc populum, fac nos partem habere cum corpore et sanguine per unigenitum tuum filium, per quem 20 tibi gloria et imperium in sancto spiritu et nunc et semper et in omnia saecula saeculorum, amen.

XVII (V).

Oratio pro oleis et aquis oblatis.

1. Benedicimus per nomen unigeniti tui Iesu Christi has creaturas, nomen nominamus eius, qui passus est, crucifixus est 25

et eadem oratione praeparetur. Cf. Constit. ap. VIII, 13, 11—15. At verba illa, ut Brightman exposuit, fortasse non necessarie de communionem cleri intellegenda sunt, sed indicant, particulas clericis ditributas fuisse, quibus hi populum communicent.

XVI. Ad hanc orationem oratio Liturgiae Marci, Brightman l. c. p. 141, satis prope accedit. Cf. Constit. ap. VIII, 14.

XVII. Similiter Testamentum D. n. I, 24 de consecratione olei hoc loco vel post Communionem loquitur. Etiam Constitutiones eccl. aeg. III, 22—23 et

τοῦ σταυρωθέντος καὶ ἀναστάντος καὶ καθιζομένου ἐν δεξιᾷ τοῦ ἀγενήτου ἐπὶ τὸ ὕδωρ καὶ ἐπὶ (τὸ) ἔλαιον τοῦτο· 2. χάρισαι δύναμιν θεραπευτικὴν ἐπὶ τὰ κτίσματα ταῦτα, ὅπως πᾶς πυρετὸς καὶ πᾶν δαιμόνιον καὶ πᾶσα νόσος διὰ τῆς πόσεως καὶ τῆς ἀλείψεως ἀπαλλαγῇ καὶ γένηται φάρμακον θεραπευτικὸν καὶ φάρμακον ὀλοκληρίας ἢ τῶν κτισμάτων τούτων μετάληψις ἐν ὀνόματι τοῦ μονογενοῦς σου Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἐν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ιη'.

Χειροθεσία μετὰ τὴν εὐλογίαν τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ ἐλαίου.

10 I. Φιλάνθρωπε „θεὸ τῆς ἀληθείας“, συμπαραμεινάτω τῷ λαῷ τούτῳ ἡ „κοινωνία τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος“· τὰ σώματα αὐτῶν ζῶντα ἔστω σώματα καὶ αἱ ψυχαὶ αὐτῶν καθαρὰ ἔστωσαν ψυχαί. 2. δὸς τὴν εὐλογίαν ταύτην εἰς τήρησιν τῆς κοινωνίας καὶ εἰς ἀσφάλειαν τῆς γενομένης εὐχαριστίας, καὶ μακάρισον κοινῇ
15 πάντας καὶ ποιήσον ἐκλεκτοὺς διὰ τοῦ μονογενοῦς σου Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν ἁγίῳ πνεύματι καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

ιθ'.

Ἁγιασμὸς ὑδάτων.

I. Βασιλεῦ καὶ κύριε τῶν ἀπάντων καὶ δημιουργὲ τῶν ὄλων,
20 ὁ πάση τῇ γενητῇ φύσει διὰ τῆς καταβάσεως τοῦ μονογενοῦς σου Ἰησοῦ Χριστοῦ χαρισάμενος τὴν σωτηρίαν, ὁ λυτρωσάμενος τὸ πλάσμα τὸ ὑπὸ σοῦ δημιουργηθὲν διὰ τῆς ἐπιδημίας τοῦ ἄρρητου σου λόγου· „ἐφιδε“ νῦν „ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καὶ ἐπίβλεπον“ ἐπὶ τὰ ὕδατα ταῦτα καὶ πλήρωσον αὐτὰ πνεύματος ἁγίου. 2. ὁ ἄρρητός σου λόγος ἐν αὐτοῖς γενέσθω καὶ μεταποιησάτω αὐτῶν τὴν ἐνέργειαν καὶ γεννητικὰ αὐτὰ κατασκευασάτω πληρούμενα τῆς σῆς χάριτος, ὅπως τὸ μυστήριον τὸ νῦν ἐπιτελούμενον μὴ κενὸν εὔρεθῇ ἐν τοῖς ἀναγεννωμένοις, ἀλλὰ πληρώσῃ πάντας τοὺς

10 Ps. 30, 6. — 11 I Cor. 10, 16. — 23 Ps. 79, 15.

Canones Hippolyti c. 2 n. 28 particulam habent, sed eam Anaphorae adiungunt. Cf. infra XXIX.

XVIII. Cf. Constit. apost. VIII, 15.

XIX. Constitutiones eccles. aeg. XVI, 1 et Canones Hipp. c. 19 n. 112 benedictionem aquae primo loco ponunt; Constitutiones apost. VII, 43, 5

et resurrexit et sedet in dextera increati, super hanc aquam et hoc oleum: 2. largire virtutem curationis in has creaturas, ut omnis febris et omne daemonium et omnis morbus per potum et unctionem removeatur, et fiat remedium curationis et remedium integritatis perceptio harum creaturarum in nomine unigeniti tui Iesu Christi, per quem tibi gloria et imperium in sancto spiritu in omnia saecula saeculorum, amen. 5

XVIII (VI).

Manus impositio post benedictionem aquae et olei.

1. *Deus veritatis* amans hominum, maneat cum hoc populo *communio corporis et sanguinis*; corpora eorum sint viva corpora et animae eorum sint mundaе animae. 2. Da hanc benedictionem in conservationem communionis et in securitatem eucharistiae celebratae, et beatifica simul omnes ac redde electos per unigenitum tuum Iesum Christum in sancto spiritu et nunc et in omnia saecula saeculorum, amen. 15

XIX (VII).

Sanctificatio aquarum.

1. Rex et domine universorum et creator cunctorum, qui omni naturae creatae per descensionem unigeniti tui Iesu Christi largitus es salutem, qui redemisti figmentum a te creatum per adventum verbi tui ineffabilis: *respice nunc e caelo et intuerere* super has aquas easque imple spiritu sancto. 2. Verbum tuum ineffabile in eis fiat et transformet earum vim easque genetivas instituat impletas tua gratia, ut mysterium, quod nunc perficitur, non inane inveniatur in eis, qui regenerantur, sed impleat omnes, 20

eam renuntiationi et unctioni baptizandi postponunt, itemque ritus vulgati posteriores. Auctor seriei II Responsionum canonicarum Timotheo Al. attributae, qui festivitatem nativitatis Domini cognitam habens post annum 430 scripsit, de utroque ritu loquitur,

qu. 8 interrogatus, uter presbytero solitario ad baptizandum vocato observandus sit, atque definiens: Faciat primum renuntiationem, tum perficiat sanctificationem aquae, et ita baptizet. Cf. Pitra, Iuris eccles. graec. hist. et monum. I, 640.

κατιόντας καὶ βαπτιζομένους τῆς θείας χάριτος. 3. φιλόανθρωπε
 εὐεργέτα, φείσαι τοῦ σοῦ ποιήματος, σῶσον τὸ ὑπὸ τῆς δεξιᾶς σου
 πεπονημένον κτίσμα, μόρφωσον πάντας τοὺς ἀναγεννωμένους τὴν
 θείαν καὶ ἄρρητόν σου μορφήν, ὅπως διὰ τοῦ μεμορφῶσθαι καὶ
 5 ἀνα<γε>γεννηθῶσαι σωθῆναι δυναθῶσιν καὶ „τῆς βασιλείας“ σου
 „ἀξιωθῆναι“. 4. καὶ ὡς κατελθὼν ὁ μονογενὴς σου λόγος ἐπὶ τὰ
 ὕδατα τοῦ Ἰορδάνου ἅγια ἀπέδειξεν, οὕτω καὶ νῦν ἐν τούτοις
 κατερχέσθω καὶ ἅγια καὶ πνευματικὰ ποιησάτω πρὸς τὸ μηκέτι
 σάρκα καὶ αἷμα εἶναι τοὺς βαπτιζομένους, ἀλλὰ πνευματικούς καὶ
 10 δυναμένους προσκυνεῖν σοὶ τῷ ἀγενήτῳ πατρὶ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ
 ἐν ἁγίῳ πνεύματι, δι' οὗ σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος καὶ νῦν καὶ
 εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

κ'.

Εὐχὴ ὑπὲρ βαπτιζομένων.

1. Παρακαλοῦμέν σε, „θεὲ τῆς ἀληθείας“, ὑπὲρ τοῦ δούλου σου
 15 τοῦδε καὶ δεόμεθα, ὅπως καταξιώσης αὐτὸν τοῦ θείου μυστηρίου
 καὶ τῆς ἀρρήτου σου ἀναγεννήσεως· σοὶ γὰρ φιλόανθρωπε νῦν
 προσφέρεται, σοὶ αὐτὸν ἀνατίθεμεν. 2. χάρισαι αὐτὸν τῇ θεῖᾳ
 ταύτῃ ἀναγεννήσει κοινωνῆσαι πρὸς τὸ μηκέτι αὐτὸν ὑπὸ μηδεὸς
 σκαιοῦ καὶ πονηροῦ ἄγεσθαι, ἀλλὰ σοὶ λατρεύειν διὰ παντὸς καὶ τὰ
 20 σὰ προστάγματα φυλάττειν ὁδηγοῦντος αὐτὸν τοῦ μονογενοῦς σου
 λόγου, ὅτι δι' αὐτοῦ σοὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύ-
 ματι καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

κα'.

Μετὰ τὴν ἀποταγὴν εὐχὴ.

Κύριε πατοκράτορ, σφράγισον τὴν συγκατάθεσιν τοῦ δούλου
 25 σου τούτου τὴν πρὸς σὲ νῦν γεγενημένην καὶ ἀμετάβλητον αὐτοῦ
 τὸ ἦθος καὶ τὸν τρόπον διαφύλαξον, ἵνα μηκέτι τοῖς χείροσιν
 ὑπηρετῇ, ἀλλ' ἐν „τῷ τῆς ἀληθείας θεῷ“ λατρεύῃ καὶ σοὶ τῷ τῶν
 πάντων ποιητῇ δουλεύῃ πρὸς τὸ τέλειον αὐτὸν καὶ σοὶ γνήσιον
 ἀποδειχθῆναι διὰ τοῦ μονογενοῦς σου Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ σοὶ
 30 ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἐν ἁγίῳ πνεύματι καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς
 σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

5 II Thess. 1, 5. — 14 Ps. 30, 6. — 27 Ps. 30, 6.

3 πεπονημένον B : πεπονημένον A W | 19 σκαιοῦ : κακοῦ W | 27 ἀλλ' ἐν τῷ : coniecit ἀλλὰ σοὶ vel ἀλλ' ἐν τῷ πνεύματι B

qui descendunt et baptizantur, divina gratia. 3. Amans hominum, benefice, parce tuae facturae, salva creaturam a dextera tua factam; forma omnes, qui regenerantur, divina et ineffabili tua forma, ut eo, quod formati ac regenerati sunt, salvari possint et *regno tuo digni fieri*. 4. Et sicut verbum tuum unigenitum descendens in 5
 aquas Iordanis eas sanctas ostendit, ita et nunc in has descendat easque sanctas et spirituales reddat, ne baptizandi amplius caro et sanguis sint, sed spirituales possintque te adorare patrem increatum per Iesum Christum in sancto spiritu, per quem tibi gloria et imperium et nunc et in omnia saecula saeculorum, amen. 10

XX (VIII).

Oratio pro baptizandis.

1. Deprecamur te, *Deus veritatis*, pro hoc tuo servo et oramus, ut digneris eum divino mysterio et regeneratione tua ineffabili; tibi enim, amans hominum, nunc offertur, tibi eum consecramus. 2. Largire, ut huius divinae regenerationis particeps fiat, ne amplius 15
 ab ullo sinistro et iniquo agatur, sed ut tibi serviat omnino et mandata tua custodiat unigenito tuo verbo ipsum comitante, quoniam per eum tibi gloria et imperium in sancto spiritu et nunc et in omnia saecula saeculorum, amen.

XXI (IX).

Post abrenuntiationem oratio.

20

Domine omnipotens, consigna assensionem huius tui servi ad te nunc factam et custodi immutabilem eius habitum atque mores, ne amplius peioribus ministret, sed in *Deo veritatis* operam det et tibi omnium creatori serviat, ut perfectus et genuinus tibi ostendatur per unigenitum tuum Iesum Christum, per quem tibi 25
 gloria et imperium in sancto spiritu et nunc et in omnia saecula saeculorum, amen.

XXI. Vox *ἀποταγή* hic simul τὴν *κατάθεσις* indicat. Cf. Constit. ap. *συνταγήν* vel *ὁμολογίαν* complectitur, VII, 41.
 ut oratione ineunte vocabulum *συν-*

κβ'.

Εὐχὴ εἰς τὸ ἄλειμμα τῶν βαπτιζομένων.

1. Δέσποτα φιλόφρωπε καὶ „φιλόψυχε, οἰκτίρμον καὶ ἐλεῖμον“, „(θεὸ) τῆς ἀληθείας“, ἐπικαλούμεθά σε ἔξακολουθοῦντες καὶ πειθόμενοι ταῖς ἐπαγγελίαις τοῦ μονογενοῦς σου εἰρηκότος· „Εάν 5 τινῶν ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς“· καὶ ἀλείφομεν τῷ ἀλείμματι τούτῳ τοὺς προσιόντας ἢ τὰς προσιούσας τῇ θείᾳ ταύτῃ ἀναγεννήσει, 2. παρακαλοῦντες, ὥστε τὸν κύριον ἡμῶν Χριστὸν Ἰησοῦν ἐνεργῆσαι αὐτῷ ἰατρικὴν καὶ ἰσχυροποιητικὴν δύναμιν καὶ ἀποκαλύψαι μὲν διὰ τοῦ ἀλείμματος τούτου καὶ ἀποθεραπεῦσαι 10 ἀπὸ ψυχῆς σώματος πνεύματος αὐτῶν πᾶν σημεῖον ἁμαρτίας καὶ ἀνομίας ἢ σατανικῆς αἰτίας, τῇ δὲ ἰδίᾳ χάριτι τὴν ἄφεσιν αὐτοῖς παρασχέσθαι, „ἵνα τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπογενόμενοι τῇ δικαιοσύνῃ ζήσουσι“ καὶ διὰ τῆς ἀλείψεως ταύτης ἀναπλασθέντες καὶ „διὰ τοῦ λουτροῦ καθαρισθέντες“ καὶ τῷ „πνεύματι ἀνανεωθέντες“ ἐξισχύσουσιν 15 κατανικῆσαι λοιπὸν τὰς προσβαλλούσας αὐτοῖς ἀντικειμένας ἐνεργείας καὶ ἀπάτας τοῦ βίου τούτου καὶ οὕτως συνδεθῆναι καὶ συνενωθῆναι τῇ ποιμνῇ „τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ“ καὶ „συγκληρονομησῆσαι“ τοῖς ἁγίοις „τὰς ἐπαγγελίας“, ὅτι δι' αὐτοῦ <σοὶ> ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἐν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς 20 σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

κγ'.

Μετὰ τὴν ἀνάληψιν εὐχῆ.

1. Φιλόφρωπε εὐεργέτα „σωτὴρ πάντων“ τὴν ἐπιστροφὴν πρὸς σε πεπονημένων, ἔλεως γενοῦ τῷ δούλῳ σου τῷδε· ὁδήγησον αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἀναγέννησιν τῇ δεξιᾷ σου. 2. ὁ μονογενὴς σου 25 λόγος ὁδηγείτω αὐτὸν ἐπὶ τὸ λουτρόν· τιμηθήτω αὐτοῦ ἢ ἀναγέννησις, μὴ ἔστω κενὴ τῆς σῆς χάριτος· συμπαρίτω ὁ ἅγιός σου λόγος, συνέστω τὸ ἅγιόν σου πνεῦμα ἀποσοβοῦν καὶ ἀποβάλλον πάντα πειρασμόν, ὅτι διὰ τοῦ μονογενοῦς σου Ἰησοῦ Χριστοῦ <σοὶ>

2 Sap. 11, 27; Ps. 85, 15. — 3 Ps. 30, 6. — 4 Ioann. 20, 23. — 12 I Petr. 2, 24. — 13 Tit. 3, 5; Eph. 5, 26. — 17 II Petr. 3, 18. — 18 Hebr. 6, 12; 11, 9. — 22 I Tim. 4, 10.

6 προσιόντας ἢ προσιούσας B, προστάσει προσιούσας A, προθέσει προσιόντας W | 8 αὐτοῖς W | 9 ἀποκαλύψαι : coniecit ἀπαλείψαι Turner cf. B | 21 ἀνάληψιν : ἀλειψιν B

XXII (xv).

Oratio in unctionem baptizandorum.

1. Domine, amans hominum et *amans animarum*, *misericors ac benigne, Deus veritatis*, invocamus te obsequentes et confidentes promissionibus unigeniti tui, qui dixit: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*; et unguimus hac unctione eos, qui accedunt vel 5 eas, quae accedunt ad hanc divinam regenerationem, 2. deprecantes, ut Dominus noster Christus Iesus eis operetur vim sanantem ac confortantem et revelet per hanc unctionem et tollat ab anima et corpore et spiritu eorum omne signum peccati et iniquitatis vel causae diabolicae, propria gratia remissionem eis praebeat, *ut 10 a peccato liberati iustitiae vivant* et per hanc unctionem reformati et *per lavacrum purificati et per spiritum renovati* possint devincere in reliquum adversarias operationes ac fraudes huius vitae ipsis instantes et ita aggregari et uniri cum grege *Domini et salvatoris nostri Iesu Christi* et cum sanctis *cohereditare promissiones*, quo- 15 niam per eum tibi gloria et imperium in sancto spiritu in omnia saecula saeculorum, amen.

XXIII (x).

Post susceptionem oratio.

1. Amans hominum, benefice, *salvator omnium* ad te conversorum, propitius esto servo tuo huic; prosequere eum ad re- 20 generationem dextera tua. 2. Unigenitum tuum verbum prosequatur eum in lavacrum; honoretur eius regeneratio, ne sit vacua gratia tua; adesto simul sanctum verbum tuum, adesto simul sanctus tuus spiritus depellens ac deiciens omnem tentationem, quoniam

